UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutio lutheriana super propositione deci[m]a tertia: de potestate pape

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 5781

urn:nbn:de:hbz:466:1-32449

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Positiones de indulgentiis
Sermo de penitentia
Resolutiones disputationum de indulgentiis
Ein Sermon von dem ablass und gnad
Verlegung etzlichs artickels und in dem [illegible] Sermon
Ein freyheit des Sermons Martini von indulgentz
ad Silvestri prieratis contra conclusiones Martini
Responsio Martini ad dialogum Silvestri
Replica Silvestri
Acta Martini Augustini
Disputatio Ekii et ipsius Martini in studio lipsensi
Disputatio et excusatio Martini contra criminationes Ekii
~~Oratio Mosellani~~
De ratione disputandi oratio Mosellani
Erasmi epistola ad ducem Saxonie et alia [illegible]
Resolutio super propositione de potestate pape
Alia resolutio de eadem sed [illegible]
Resolutiones super propositionibus lipsie disputatis
Oratio Jo. langij [illegible] disputationis lipsensis
Disputatio prima Ekij et Carlstadij de verbo ad verbum per notarios [illegible]
In uno Libro Disputatio secunda eorundem
Disputatio tertia Ekij et Martini
Epistola philippi Melanchtonis de eadem disputatione
Excusatio Ekij contra epistolam philippi
Defensio philippi contra Ekium
Concertationes [illegible] Gallary
Epistola Emseri ad Aegocerotem
Ad Aegocerontem Emseranum Martini additio
De venatione lutheriana [illegible]

Solutiones doctorum wittenbergensium
Datae ... Vniuersitatis wittenbergensis &
Vniuersitatis lipzensis & alia quedam
Contra malignum Jo. Eckii iudicium
Ad Jo. Eckium epistola Martini super expurgatione Ecciana
Appellatio Martini luther
Appellatio parisien[sium]

Liber primus opusculorum Martini luther[i]

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, Lpz. Katalog 328.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reſolutio luthe riana ſuper pro poſitione decĩa tertia: de pote= ſtate pape: per autorē locu= pletata.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IHESVS.

MARTINVS LVTHER, PIO LECTORI SALVTEM IN CHRISTO.

Tēporis & occupationū ratio præcipi tauit editio‑ nē reſolutio‑ nū, vt peſſio noī hæreſeos intentato, oc‑ curreretur.

SVper propoſitionibus tredecim reſolutiones meas, nuper tumultuario negotio edidi, vt fere bat, & temporis, & occupationum mearū ra‑ tio. ita enim cogor pene imparatus, peſſimo no‑ mini: quod mihi a multis intētatur: occurrere. Quas, cum videam maiore ſtudio peti, quam ſperaueram, viſum eſt, eas ſub incudem reuo‑ catas augere, vel emendare ſaltem, ſi qua dig‑ niore facie in publicum venire poſſint.

Stilū de idu‑ ſtria variat.

In qua re: optime lector: te primū oro, ne ſtili mei varietatem mireris. Sum plane aliquando ſordidior, penituſq; mei diſſimilis, quod de indu‑ ſtria facio, quod mihi non ſit ſpes nominis & memoriæ diuturnæ, nec tale quippiam vnquā quæſiui.

Vi in pub‑ licum tractꝰ, requirit an‑ gulum.

ſed ſicut vi in publicū tractꝰ ſum, ita cogito ſemper: quā poſſim: citius redire in meum angulum, ſaluo Chriſtiano meo nomine. Habere enim puto Theatrum meum ſuam horam. Poſt me alius ſequetur, ſi dominus volet. ego tempori meo ſa tiſfecerim.

Cur durior ſit ī aduerſarios.

Videor & multis paulo durior in aduerſarios, & velut modeſtiæ theologicæ oblitus. Hic: ſi qua & alia vitia mea inueniān‑ tur: non magnopere deprecor culpam. quod hoc me alia cauſa face‑ re non ſum mihi conſcius, quā nimio publici tædio & odio, in quod me mergunt illi, plurimum mihi precioſiſſimi temporis ſuffurātes.

Præfractos & obſtina‑ tos Ruffinos oblatratores patiē, flagris etiā dignos.

Deinde, quod tam præfractos & obſtinatos oblatratores patior, ut, e quauis ſyllaba, mihi ignominiā, ſibi victoriam nominis Chri ſtiani, inſidioſiſſime & pertinaciſſime quærant, vt malo nodo, malus mihi cuneus neceſſarius videatur.

Malo nodo, malꝰ cuneꝰ.

quanquā, videor mihi, ſtomacho meo multam ſemper feciſſe vim, ne facerem, quæ poſſem.

Haud ſcio, an inuetera‑ tū vlcꝰ mol‑ liter & vtili‑ ter curari qāt.

Et neſcio, ſi molliter ſimul & vtiliter tangi queāt, qui inueteratiſſima iam diu conſuetudine opprobrandi hæretici nominis, ita in iudicandis aliorū ſcriptis obſtupuerunt, & ad audiendam veritatē obduruerunt, ſuiſq; opinionibus obſurduerunt: vt vix caduceo diuino quopiam excitari poſſe videantur.

Chr̄us nego. flagris e tem plo pepulit.

Vt id taceam, quā intolerabile ſit, leuiter arguere eos, qui e templo dei ſpeluncam latronum fecerūt, & e ſcriptura dei, negotium hominū. abominationem, eam e loco ſancto, & Chriſtus flagellis pepulit.

Paulus.

& PAVLVS dure increpandos cenſuit hos vanilo quos.

Omnium hoīm ſcripta, dicta, facta, fa, ſcriptura, iudice intelli‑ genda ſunt.

Nam id coguntur, velint, nolint, confiteri, ſacras literas, paſſim in vniuerſalibus ſtudiis fuiſſe neglectas penitus, quantūuis ſeſe iac‑ tent ſcripturas intelligere religioſius, humano aliorum ſenſu, quā il‑ larum proprio. Ego mihi nolo hanc cantari cantilenam, nec ſaltitabo ad eam. volo, non iudice humano die, ſcripturam: ſed ſcriptura iudi‑ ce, omniū hominum ſcripta, dicta, facta intelligere.

Crimē hære‑ ſeos, Chriſti‑ ano omnium grauiſſimū.

Poſtremo, oim criminum nomina, modeſte & patienter tuliſſe, laus eſto. At, ſpoliū nominis Chriſtiani, rapinam gloriæ dei, abnegationem Chriſti (quod moliuntur, qui hæreticum tam facile quā temere pronunciant) ag‑ nouiſſe, ac non potius vſque ad ſanguinem omnibus viribus reda‑

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maſſe, anathema ſit. Proinde, qui me patientem deſyderant, primū, alio quam hæretico, perfido, & apoſtatico nomine criminentur: aut: quod debent: talem me eſſe prius conuincant. Neq; em̄ mihi retaliaſſe videor quenquam talium criminatorum, etiam, ſi ſexcentis nominibus malis eos onerasſem. Hæreſis enim ſimilia ſibi monſtra non habet, cum ſit peccatum in ſpiritumſanctum. Quanquam intuitus omnium ſanctorum exempla, & impotentem illorum animū: qui tam celebre hoc crimen faciunt: pene mihi perſuadeo, non minus ferendum eſſe hæretici, quam cuiuſque vitii opprobrium. Quando, & Chriſtum habere dæmonium iudæi inſaniebant, obſequium deo ſe præſtare arbitrati. Verum, vtut ſit, nullius perſona vnquam mihi erit odioſa, qui ſperem omnes nos tandem pacatos in regno Chriſti victuros inæternum. Cauſam vero ſcripturæ ſanctæ, ſi concitati ore zelo egero, veniam mihi ſpero iuſtam non negari. quod nō poſſit eſſe par vllius læſio ſeu iniuria, cum iniuria diuinæ ſcripturæ collata. Hic enim vita noſtra læditur æterna. illic, putridum nomen corruptibilis hominis. Dominus autem ipſe Iheſus regat & ſeruet nos omnes, cuſtodiat ꝑ corda & intelligentias noſtras, Amen. Vale optime lector.

Aut cōuicēt aut deſinant hæreticū criminari.

Hæreſis, pctm̄ in ſpm̄ ſanctum.

Et Chr̄m dæmonium habere, iudęi blaſphēabāt.

Neminem vult odiſſe, ſed bona venia, ſcripturæ negotium ſancte agere.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

Gloria in excelſis deo.

PROPOSITIO ECCIANA.

RHomanam eccleſiam non fuiſſe ſuperiorem aliis eccleſiis ante tẽpora Syluestri, negamus. Sed eum, qui ſedem beatiſſimi Petri habuit & fidem, ſucceſſorem Petri & vicariũ Chriſti generalem, ſemper agnouimus.

PROPOSITIO LVTHERIANA.

RHomanam eccleſiam aliis eccleſiis fuiſſe ſuperiorem, probatur ex frigidiſſimis decretis Rhomanorum pontificum. contra quæ ſunt, textus diuinæ ſcripturæ, hiſtoriæ approbatæ mille centumq; annorum, & decretum Concilii Niceni, omniũ ſacratiſſimi.

De re fere cõuenit, non de cauſſis & origine rei.

Lu, non negat rho, p, eſſe, fuiſſe, fore primũ, cõtra veteli Ruffini ĩuidioſam delationem.

De diuis rebus, licet in vtranq; partem diſputes, nõ de priatu rho, põtificis.

PRIMVM vides, lector, de re ipſa nos non admodũ diſſentire, ſed de cauſſis & origine rei. nam, nec ego nego Rho, põtificem, eſſe, fuiſſe, fore primũ, nec de hoc diſputo, nec hoc quæritur: ſed, an ꝓbationes valeant, quibus id aſſeritur. Mihi ſane: q̃d fateor: maxime oĩm diſplicet, q̃d in eccleſia aliquid aſſertum, ſtudio adulationis vel mendaciis ꝓbatur. quibus eccleſiam & fidem noſtram aduerſariis ludibrio exponamus. Non eget eccleſia Chriſti noſtris mendaciis. Super fidei petram ſtabilitur, Non abhorret diſcuti & inquiri. Inde factum eſt, vt Rho, põtificum adulatores in hoc primatu, iam diu ſuſpitionem tyrannidis paſſi ſint. dum velut malæ fidei poſſeſſores, nõ permiſerunt huius rei veritatem libere inquirere & diſputare. q̃d tamẽ in omnibus etiam diuinis rebus (modo primatum hunc nõ tangerẽt) libentiſſime permiſerunt.

OMITTO itaq; Eccianam propoſitionem. Primum, q̃d eam, vt inſidioſe & ſubdole poſitam, mihi non capere videor. nam ſine vlla cauſſa, hanc in publico mihi inuidiam mouit. cum hanc materiam in nullo meorum dictorum, tractarim, ſed ADVLATOR ſua quæſi-

uit, etiā cum fratris ſui pernicie. DEINDE, q̄d homo ſuauis, vicarium Chriſti & Petri ſucceſſorem nō aſſerit, niſi & fidem habeat. In quo, aut inſanit, aut multos pōtifices rhomanos negat vicarios Chriſti fuiſſe, & fore poſſe. vt quos fidem habuiſſe neſciamus. atq; : q̄d omniū intolerabiliſſimū eſt rho, pōtificibus: ſanctitate & pietate neceſſariis eos onerat, cum apud nos ratus ſit, etiā eius vicariatus & pōtificatus, qui ſine fide & ſanctitate ſit.

Eccius rho, pon, onerat Lutherꝰ exonerat.

SED age, lubricam hanc anguillam differam, & DVO in mea ꝓpoſitione faciam. PRIMO, adducam firmamenta, quibus primatus iſte ſtabiliri fideliter poſſe, mihi videatur. ita, vt per ipſa, etiā hæreticis & ſchiſmaticis efficaciter reſiſti poſſit. DEINDE oſtendam, q̄d nihil faciant decreta & probationes, quibus hucuſq; nixi fuerūt, qui eundem primatum ſtatuerunt.

DE PRIORE PRIVS.

PRIMVM, quod me mouet rho, pōtificem eſſe aliis omnibus : q̄s ſaltē nouerimus ſe pōtifices gerere: ſuperiorē, eſt ipſa volūtas dei, quā in ipſo facto videmus. Neq; eīm ſine voluntate dei, in hanc monarchiā vnq̄ venire potuiſſet rho, pōtifex. At volūtas dei, q̄quo mō nota fuerit, cū reuerētia ſuſcipienda eſt. Ideoq; , nō licet temere rho, pōtifici in ſuo primatu reſiſtere. Hæc aūt ratio tanta eſt, vt ſi etiam nulla ſcriptura, nulla alia cauſſa eſſet, hæc tñ ſatis eſſet ad cōpeſcendā temeritatem reſiſtentiū, & hac ſola ratione glorioſiſſimus martyr Cyprianus, per multas epiſtolas cōfidentiſſime gloriatur, cōtra oēs Epōrū quorūcunq; aduerſarios, ſicut. iij. R e. legimus, Q ꝺ' decē tribus Iſrael diſceſſerunt a Roboam filio Salomonis, & tñ quia volūtate dei, ſine autoritate factū eſt, ratum apud deum fuit.

Aſſerit rho, pō, ſummū eſſe, ſex rationibus. Prima

NAM, & apud theologos omnes, volūtas ſigni, quā vocant operationē dei, nō minus quā alia ſigna voluntatis dei, vt præcepta, ꝓhibita &c. metuēda eſt. IDEO nō video, quō ſint excuſati a ſchiſmatis reatu, qui huic voluntati cōtrauenientes, ſeſe a rho, pōtificis autoritate ſubtrahunt. Ecce, hæc eſt vna prima mihi inſuperabilis ratio, quæ me ſubiicit rho, pōtifici, & primatū eius confiteri cogit.

Volūtas ſigni metuēda.

SECVNDA, ſi iuxta p̄ceptū Chriſti, cedere aduerſario iubemur, & qui angariarit nos mille paſſus, eundū eſt cū eo & aliis duobꝰ millibꝰ, quāto magis, ſi rho pōtifex exegerit in ſuo principatu, cedēdū, ſiue id iuſte, ſiue iniuſte egerit. Nā, incōparabiliter minor res eſt, principatus iſte, quā vt vnitas & charitas & humilitas ꝓpter ipſam pernos diſſoluatur. Ideo nō dubito peccare eos, qui in diſſenſionē ſeſe tradunt, & ſpūs æternā vnitatē, ꝓpter hanc tēporalē, terrenā excellētiā fugiendā, diſſoluūt. ferenda eīn ſunt oīa, quæ peccata non ſunt.

Secunda.

Qui ſe vnitati ſpūs ſubtrahunt, peccant.

TERTIA, q̄d ſi ꝓpter pc̄tā nr̄a, nos deus voluerit p̄mere multis principibꝰ, ſicut in ꝓuerbiis dicit Salomō, Nūquid reſiſtendū eſt flagello dei? ꝓpter pc̄tā (inquit) populi, multi principes eius. Proinde, qñ nr̄m nō eſt diffinire, irata ne an ꝓpitia voluntate, deus nobis q̄ſcunq; principes dederit, hoc noſtrū eſt, volūtatē eius pio ſimplicíq; timore ſuſcipere. Quo mō, etiā ſi ſub turca nos eſſe vellet, Turcæ ſubeſſe libentes deberemus.

Tertia.

Conſiliū dei nō definiēdū

Quarta.

QVARTA, Rho. xiij. Apoſtolus dicit. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enī eſt poteſtas, niſi a deo. Quæcunq; aūt a deo ſunt, ordinata ſunt. Itaq;, qui reſiſtunt poteſtati, dei ordinationi reſiſtunt. qui aūt deo reſiſtunt, ipſi damnationem ſibi acquirunt. Hac certe omniū robuſtiſſima: quantū ego capio: cauſa, nos Rho, Pontifici ſubiecti ſumus. in qua clare aſſerit, nullam poteſtatem nec eſſe quidem poſſe, niſi a deo. Cum aūt Rho, pontificis poteſtas iam ſit robuſtiſſime ſtabilita, vt videmus, certe non oportet dei ordinationem hanc impugnare. ſed quanta q̃ta eſt, humiliter ſuſtinere, etiam ſi iniuſta eſſet, & iudicium deo relinquere.

Quinta.

QVINTA, eſt beatus Petrus docens, vt ſubditi ſimus omni humanæ creaturæ, quia ſic eſt voluntas dei. At humanā creaturam vocat magiſtratus, hominū arbitrio inſtitutos, vt clarum eſt ex ſequentibus. vbi dicit, ſiue regi tanq; p̄cellēti, ſiue ducibus, tanq̃ ab eo miſſis. CVM aūt & Rho, pontificis poteſtatem arbitremur, humano decreto ſtatutam, & ordinante deo ſic roboratam, SINE crimine non eſt, qui ſeſe ſua autoritate ſubduxerit.

Sexta.

SEXTA, ad hoc facit vnus ille conſenſus omniū fidelium, qui hodie ſub Rho, pontifice ſunt. Nam, cum poteſtas illa ſit res temporalis & longe ſubmittenda vnitati fideliū, non ſine fœdiſſimo crimine eſſe poterit, ſi propter rem temporalem, hunc tot fideliū cōmunē ſenſum deſpexerit hoc eſt, Chriſtum negauerit, & eccleſiam cōtempſerit. An poſſibile eſt, Chriſtum non eſſe inter tot ac tantos Chriſtianos? Si aūt Chriſtus ibi eſt & Chriſtiani, cum Chriſto & Chriſtianis ſtandum eſt in quacunq; re, quæ cōtra dei præceptum non fuerit. Hæc inquā ratio fortis eſt, & inſolubilis. Et ex iis poſſunt multæ aliæ formari. quin huc poteſt vniuerſa ſcriptura duci, vt quæ vbiq; charitatem, humilitatem, vnitatem ſpiritus, & timorem dei cōmendet, nō violandas eſſe, pro vlla re mundi, nedum pro vnius uno pōtificatu vel primatu etiā, ſi ſolo iure humano eſſet inſtitutus. Et hac ratione: vt mihi videor: longe melius ſtabiliretur Rho, pōtificis monarchia, ſi voluntatem dei & conſenſum fidelium, non tm̄ ſubditi, ſed & Rho. pontifices attendere & timere cogerentur quā, dum velut iure diuino teneant, vi & terrore extorquēt, nō, niſi odiū ſibi accēdūt in ſubditis, & ſeſe per ſecuritatē in tyrannidē paulatim cōfortāt.

DE POSTERIORE.

Quod probationes hucuſq; habitæ nihil ſint, tripliciter oſtendam. PRIMO, ſcripturas adductas diſſoluendo. SECVNDO, canonum ſeu decretaliū inefficacem probationem. TERTIO, rationes robuſtiſſimas adducendo.

Ad primum. duæ ſunt autoritates ſcripturæ, quibus creditū eſt, ſtabiliri primatum Rho, eccleſiæ.

Autoritates ſcripturæ, q̄bus primat⁹ R.p. p̄bāt.

Primo, adducitur illa autoritas Matth. xvi. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Et, tibi dabo claues regni cœlorum, &c. Ex hoc enim textu clamant, Petrum ſolum accepiſſe claues, præ cæteris Apoſtolis.

Sed quod hæc nihil ad hoc faciant, probo.

PRIMVM, quod ipſimet iuriſtæ primatꝰ huius aſſertores, recedunt ab hoc ſenſu, & negant hoc verbo, Petro datam primitatē, conſequenter & Rho, pontifici. ſicut gloſa in c. conſyderandum diſ.l. Et Panor, de elec. c. ſignificaſti, vnde dicunt, Nō hoc verbo, ſed illo verbo, PASCE oues meas, Petro eſſe collatum pōtificatū eccleſiæ. Si ergo ipſis iuriſtis licet negare tot textus expreſſos decretorū, & diſſentire omnibus, quæ diſtin. xvij. xviij. xix. xxi. xxij. tam copioſe & pertinaciter, ex hoc verbo Matth, ſtatuuntur, Cur mihi nō liceat frigidiſſima decreta appellare theologo, cum ea negare & annihilare liceat iuriſtis? perſequantur primū ſeipſos, maioris criminis reos. aut, ſi veniam merentur decretorū negatores & caſſatores, ſine peccato erit, qui inefficaces aſſerit, & frigidas decretorū probationes. Nec enim ego ea negaui, ſicut illi. ſed frigere tm̄ ad probandū dixi, ſicut re vera frigent, niſi qđ ad locupletādū locum valent. exemplo eorum, quæ per vim dicuntur, & in alienā ſententiam trahuntur. Nihil ergo probatur hoc textu, a quo ipſimet diſcedunt. nihil iſtis decretis ꝓbatur, quæ ipſimet negant, neutriſq; cōfidunt. Et mouentur ad hoc ſatis forti ratione, quæ aduerſarios reddat inuictos, ſcilicet hac, quod Chriſtus (vt etiā b. Hiero, eodem loco exponit) nō tradit Petro claues, ſed promittit dumtaxat, Ideo currendū eſſe ad locum, in quo tradit claues. Et tunc inuenitur illud Iohannis vlt. qđ non ad Petrū, ſed ad omnes dicit, ACCIPITE ſpiritūſanctum, quorū remiſeritis peccata, &c. Ex quibus verbis liquet, non ſolum, quibus in Petro claues promiſerit (nempe toti eccleſiæ) Sed etiam, quid per claues ꝓmiſſas intelligi velit, nempe, remiſſionem & retentionem peccatorum.

Primo, auto ritates ſcripturæ ſoluit.

Inter iuriſcōſultos etiā nō conuenit de aſſerendo primatu.

Cur frigidiſſima appellarit decreta.

Dabo claues Nō tradit claues, ſed promittit, vt exponit Hiero.

SECVNDO, q̄d idem verbū Chriſti, male decreta aptant ſoli Petro & Rho, pōtifici. Nam apud ſanctos patres, Chriſtus hoc verbum dixiſſe ad eccleſiā & om̄es Apoſtolos, in perſona Petri aſſerit. Quorū primꝰ eſt d. Hiero, qui hoc loco interpretatus verbū Petri, dicit. Petrus ex perſona omniū Apoſtolorū cōfitetur dicens, Tu es Chriſtus filius dei viui. Et in hoc ſequitur ſuum (vt ſolet) Origenem, qui idem eodem loco ſentit.

CHRYSOSTOMVS aūt, & ſi hunc locum totū in Petri laudem trahat, dicens eum caput & paſtorem conſtitutū eccleſiæ futuræ, & toti orbi præpoſitū, tamen & ipſe vocat eum os Apoſtolorū, q̄d vice omniū reſponderit, dicens, Petrus omniū Apoſtolorū os, & vertex cōſortii totius, cum omnes interrogati eſſent, ipſe ſolus reſpōdet. Ergo, nō ad ſolum Petrum iſte locus pertinet, ſed ad omnes, etiā ſi primus & princeps inter Apoſtolos ipſe fuerit.

Secūdo. ſ. patres hoc verbū aptāt non ſoli Petro & R.p. ſed eccleſiæ & omnibꝰ Apl'is ī perſona Petri. Hieron. & Orige.

B. AVGV. ꝑs. cviij. ſicut quædam dicuntur, quæ, cum ad Apoſtolum Petrum proprie pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectū, niſi cum referuntur ad eccleſiā, cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonā, propter primatū, quē in diſcipulis habuit, ſicuti eſt, Tibi dabo claues regni cœlorum, & ſi qua huiuſmodi. Ita Iudas perſonam ſuſtinet quodāmodo inimicorū Chriſti &c. Vides, q̄d claues, eccleſiæ, in perſona Petri, datas aſſerit. Idem lib. i. de doct.

Vide quid dicat b. Augu, & in ho. vbi Chriſtꝰ ait. Aedificabo te ſuper me, non me ſuper te &c.

Chriſt.c.xvij.has igitur claues dedit eccleſiæ ſuæ,vt quæcunq; ſol/
ueret in terra,ſoluta eſſent & in cœlis.

ET cur non nos ipſi potius textum & verba Chriſti cõſydera
mus,qui nos clarius per ſeipſum inſtruet?

Argumentũ ex ipſo cõtex ſu euãgelico. B. Hiero.

DICIT itaq;,venit Iheſus in partes Cæſareæ Philippi, & inter/
rogauit diſcipulos ſuos,Quẽ dicunt hoĩes eſſe filiũ hoĩs?&c.vbi ſig/
nificãter b.Hiero,obſeruat,aliter Chr̃m interrogaſſe de ſe,qñ hoĩm,
aliter,qñ Apl'orũ ſentẽtiá queſiuit.illos vocat hoĩes,hos aũt deos eſ/
ſe ſignificat.Deinde,de hoĩbus quærens,filiũ hoĩs ſe appellat, velut
vago noĩe.At ex apoſtolis quærens ,me , inquit , certã & ſingularẽ
perſonã monſtrans.Atq;,vbi de homibus quærit,nullus deſignatus
diſcipulus reſpondet. Ad ſignificadũ,q̃d ſine nomine ſunt,qui indig
na de filio dei ſentiunt.Quibus adde & hoc,q̃d opiniones incõſtan/
tes ſunt hoĩm de Chriſto.At vbi apl'os de ſe interrogat , ibi ſignatus
vnus certus reſpondet,& cõſtantem abſoluit,& ,pnunciat fidei con
feſſionem,vt veram Chriſti cognitionẽ,in vnitate & firmitate conſi
ſtere,nõ multorũ opinionibus,velut arundinem agitari ,doceret.Vi
des ergo adhuc nihil ad petrum proprie pertinere,niſi q̃d commune
organum eſt,omnium Apoſtolorum.

Aliud argumentum.

IAM illud vide ,q̃d & a laicis obſeruatũ ipſe didici(eſt etiam in
laicis ſpũs Chriſti)verbũ hoc Chriſti nõ poſſe ad ſolum petrum dic/
tum intelligi. quia Chriſtus , nõ ſolum petrũ,ſed oẽs apl'os requi
ſiuit,dicens.Vos aũt quẽ me eſſe dicitis?nõ dixit.Tu petre , quẽ me
eſſe dicis?Niſi ergo per petrũ oẽs diſcipuli reſpõdiſſent ,certe diſcipu
li nõ fuiſſent, nec magiſtrũ audiſſent,nec ſatiſfeciſſent interroganti,
q̃d eſt impiũ de apl'is ſentire. Relinquitur ergo ,q̃d Chriſtus reſpõ
ſum petri acceptarit,nõ pro ſolo petro,ſed pro toto collegio apl'orũ
& diſcipulorũ.Alioquin,& alios q̃q; denuo interrogaſſet.Ex qui/
bus vlterius ſequitur,Q' ſicut Chriſtus perſonã reſpondentis petri
pro omnibus acceptat,Ita ſequenter quoq; nõ ad ſolũ petrũ , ſed ad
omnes,quorũ perſona petrus loquitur,dicat,Tu es Petrus,tibi dabo
claues &c.Alioquin,ſcriptura nõ recte intelligitur,niſi p̃cedentia &
ſequẽtia recte cõferantur.Atq;,vt hoc eo ſit certius,non ſoli petro a

Scriptura nõ ſibi cõſtat, niſi ſequẽtia cũ præcedẽtib9 cõferas.

Chriſto aliqd dictũ eſſe, exponit ſeipſum Chriſt9,cui loquatur , &
cui tradat claues,dicẽs.Beat9 es Simõ Bariana,caro & ſanguis nõ re/
uelauit tibi,ſed pater meus,qui eſt in cœlis . OBSECRO, quid hic
poteſt cõtra vel fingi,quid apertius dici,quã q̃d petrus in hac perſo
na nõ eſt petrus,nõ eſt caro,neq; ſanguis?Sed eſt is,cui reuelat pater,

Certũ argumentũ ex verbis Chr̃i.

oĩno petrus extra hoĩem ponitur,& iam nõ eſt vlla perſona per ſe,
ſed reuelantis patris auditor.Nõ Simon Bariona,hæc reſpondet. nõ
caro & ſanguis,ſed reuelationis paternæ auditor.Poteſt ne hic calũ/
niator vllus verbũ Chriſti ad petrum hoĩem torquere?Quid ergo?
is qui auditor eſt paternæ reuelationis, huic dãtur claues, nõ petro,
neq; filio Iohannis,nõ carni & ſanguini.q̃d ſi ita eſt,pronum iam ſe/
quitur,quod nulli priuato homini datæ ſunt claues,ſed ſoli eccleſiæ,
quia,de nullo priuato homine certi ſumus , habeat nec ne, reuela/

tionem patris. Eccleſia aũt ipſa eſt, de qua dubitari non licet. cum ſit corpus Chriſti, vna caro, eodem ſpiritu viuens, quo Chriſtus. Ipſa eſt petrus ille auditor reuelationis, & acceptor clauiũ. quia hic ſymbolũ ſtat firmiter, Credo eccleſiam ſanctã, cõmunionem ſanctorũ, Nõ, vt nunc aliqui ſomniant, Credo eccleſiam ſanctã, eſſe prælatũ, vel aliud quod fingunt. Totus mundus confitetur ſeſe credere eccleſiam ſanctam Catholicam aliud nihil eſſe, quã cõmunionem ſanctorũ. vnde & antiquitus articulus ille, ſanctorũ cõmunionem, non orabatur, vt ex Ruffini ſymbolo expoſito videre licet, ſed gloſſa aliqua forte, eccleſiam ſanctã Catholicam expoſuit eſſe, Cõmunionem ſanctorum. q̃d ſucceſſu temporis in textũ relatũ, nunc ſimul oratur. Sed o neceſſariũ & optabiliſſimũ factum, propter eos, qui eccleſiã hodie quiduis vocant, quã cõmunionem ſanctorum.

Credo eccleſiã ſanctã, cõmunionẽ ſanctorum.

Olim nõ orabaſ, ſanctorꝝ cõmunionẽ.

SEQVITVR aũt: Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã. Si per hanc petram intelligimus poteſtatẽ papæ, vide quid facimus. primũ ſequitur, q̃d eccleſia primitiua Apoſtolorũ non fuit eccleſia. quia petrus (vt ſolidis probem argumentis) anno decimooctauo adhuc fuit Hieroſolymis, necdum viderat rhomã, q̃d ex paulo ad Galatas clarũ fit: Qui ſcribit ſe, poſt conuerſionem ſui abiiſſe primũ in Arabiam. deinde, poſt annos tres veniſſe Hieroſolymã videre petrum. Ac poſtea, poſt quatuordecim annos aſcendiſſe, & contuliſſe cum Iacobo, petro & Ioanne euangelium præputii. QVIS aũt ita inſaniat quæſo vel Oreſtes, eccleſiam Hieroſolymitanã & Catholicã, non fuiſſe eccleſiã. quia poteſtas Rho, eccleſiæ nõdum fuit, nec forte fides eius. Nõ ergo ſuper petram id, eſt, poteſtatem Rho, eccliæ, ſicut decreta quædã exponũt, ſed ſupra fidẽ a petro, ſub totius eccleſiæ perſona confeſſam, ædificata eſt. cum & vniuerſalis & Catholica eccleſia, tanto tempore ante Rho, eccleſiam fuerit.

Obſerua abſurdas conſequentias, ex abſurdo ſenſu.

Vide quã hic impingãt decreta:

VLTERIVS, Matth. xviij. in plurali numero dicit, non ad petrum, non ad Apoſtolos, ſed ad eccleſiã, dicens. Si eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, ligata erunt & in cœlo. Accede nunc, qui voles, & hunc cum illo loco confer. Ille ſonat, ſoli Petro datas claues, hic negat, & nõ ſoli datas aſſerit. Quomodo vtrunq; ſtabit? Cõcordandũ vtiq; eſt vtrunq; verbum, q̃d idem Chriſtus dixit. Si ſoli petro collatæ ſunt, mendaciũ eſt, q̃d hic dicit omnibus collatas. Quis aũt nõ videat, hunc poſteriorem locũ eſſe interpretẽ prioris, & in hoc rem eſſe clare expoſitam. illic vero in Petro vnitatem multorũ in eccleſia cõmendatam? Perſpicuũ eſt itaq; claues eſſe eccleſiæ datas, nec eſt, q̃d huic loco poſſit opponi, quando dicit. Dic eccleſiæ, Si eccleſiam nõ audierit. Nõ dicit, Dic Petro, ſi Petrum nõ audierit &c. Quin vide quoddã mirabile. illic incipit ab omnibus, dicens. quẽ vos me eſſe dicitis, & finit in vno Petro, dicens, Tu es, & tibi dabo. Hic contra, incipit ab vno dicens, Si peccauerit in te frater tuus &c. & deſinit in omnibus, dicens, Quæcunq; ligaueritis &c. Nõne clarum eſt, per vnum Petrum illic idem voluiſſe, q̃d hic per vniuerſos, & claues nõ

Aliud argumentum.

Apparẽs lr̃æ diſſentio, per collationẽ cõciliãda.

NOTA

Sacerdos vti tur clauibus, vt miniſter, nõ vt ſibi, ſed eccleſiæ traditis.

eſſe vllius hominis ſingularis, ſed eccleſiæ & cõitatis. vt firmũ ſit, ſacerdotem nõ ſuo iure, ſed miniſterio (quia eccleſiæ miniſter eſt) Eccleſiæ clauibus vti, nec tanq̃ ſuis aut ſibi, ſed eccleſiæ traditis? CREDO iam hæc ferme, fidem factura, hanc Matthei autoritatẽ, neqꝫ ad Petrum, neqꝫ ad ſucceſſorem, neqꝫ ad vnã aliquã eccleſiã, ſed ad omnes eccleſias pertinere. Quia (vt dixi) quis poterit negare, illi eſſe claues traditas, qui reuelante patre Chriſtũ cõfitetur? Quo poſito, neceſſe eſt, vt vbi ſit reuelatio patris & cõfeſſio Chriſti, illic & claues. At hæc, in qualibet eccleſia eſt, non aũt in vllo vno ſingulari & in certo homine. Quod, vt Chriſtus nobis cõmendaret, ſtatim poſt glorioſam iſtam Petri cõmẽdationẽ, cum eum Petrus ꝓhibuit, ne moreretur, audiuit, Vade poſt me Satana. nõ em̃ ſapis ea, quę dei ſunt. Quid hoc eſt? nõ ſapit Petrus, quæ dei ſunt? Nõne pater reuelauit ei? Si hæc ante cõmendationẽ Petri facta fuiſſent, aliquid momenti haberet, Petrum pro ſua & ſucceſſorũ, aut vnius eccleſiæ perſona fuiſſe commendatũ. At nunc, cum poſt cõmendationẽ vituperet, vt ignar⁹ dei, clarũ ſit, illum ſuperiorẽ Petrũ, qui claues accepit, nõ fuiſſe Petrũ filiũ Bariona, ſed eccleſiam filiã dei, quæ verbo dei genita, verbũ dei audit & cõfitetur perſeuerãter in finẽ, nõ aliq̃n nõ ſapiens quæ dei ſunt, & retro abire iuſſa ſicut Petrus. Aut, ſi hoc ad rho, põtificem & eccleſiam pertinet, q̄d ad Petrũ dicitur, Tibi dabo claues, Iam irrefragabili ſequela etiã ad eandẽ & illud pertinebit, Vade poſt me Satana. nõ em̃ ſapis quæ dei ſunt, quia & hæc ad Petrũ rho, eccleſiæ futurũ Ep̄m dicta ſunt. Aut, ſi hæc nõ ad ſe pertinere putant, iam nulla rõne cõuincere pñt, ea quæ ſuperius dicta ſunt, ad ſe pertinere.

Vade poſt me Satana.

Eccleſia filia dei.

Attende deductionem.

Quõ reſiſtẽdũ hæreticis nos vrgẽtib⁹

SED age latius, ſi oĩno ad rigorem iſtum grãmaticũ ſe recipiunt, q̄d ſoli Petro dictũ eſt, Tu es Petrus. tibi dabo claues &c. Quõ reſiſtemus hæreticis, ſi qui hoc noſtro rigore verborũ nixi, nos vrgeant & dicãt. Eſto, ad ſolũ Petrũ hæc dicta ſunt, ergo nõ ad ſucceſſorẽ, ergo eccleſiæ claues cũ Petro venerunt & abierunt, vbi ergo nunc eccleſia? Nõ em̃ ad plures pertinere põt, q̄d ad vnũ dicitur, ſicut illud, Cũ iunior eſſes, cingebas te &c. q̄d ad ſolũ Petrũ ita dictũ eſt, vt cũ Petro impletũ & finitũ ſit, ad nullũ ſucceſſorẽ eius pertinens.

Alia ratio,

SI AVTEM, ad ſucceſſores & aliquã eccleſiã dictũ eſt, iam nulla rõne ꝓhiberi põt, quin ad oẽs dictũ ſit. immo, neceſſaria rõne, ad apl'os omnes, qui præſentes erant, magis quã ad vnius Petri ſucceſſores, qui nõdum erant, dictũ accipietur. Q cͤ, ſi ad om̃es apl'os, iam etiã ad oĩm apl'orũ, & nõ vnius apl'i ſucceſſores, dictũ intelligitur.

Intellige q̄d dicat. Euidẽs ſed forte argumentum.

SED reſpõdeat tñ mihi qui põt. Quis nam credẽdus ſit habere claues, etiã in rho, eccleſia? An ipſa eccleſia an papa? & attende q̄d dico. Q ñ papa eligitur, an ſecũ affert claues an nõ? Si affert, ergo erat Papa, anteq̃ eligeretur. Si nõ affert, a quo accipit? nunquid ab angelo de cœlo? nõne ab eccleſia? Item q̃n Papa moritur, cui relinquit claues? aufert eas ſecũ? Si nõ aufert, cui rulinquit niſi eccleſiæ, a qua accepit? Quid igitur põt dici cõtra hanc euidentiſſimã experientiã, optimam euangelii interpretem, Claues, nec Petro, nec ſucceſſori, ſed ſoli eccle-

ſiæ datas, a qua tanq̄ miniſter accipit, vſurus eis ſacerdos? Vbi nunc eſt q̄d ſoli Petro dictū eſſe putatur, Tibi dabo claues. imo, vbi nunc eſt q̄d ſoli eccleſiæ rho, claues datæ ſunt? Neceſſe eſt, vt in qualibet eccleſia claues ſint, vt dixi ſupra.

Nō ſolū rho, ſed cuilibet eccleſiæ claues ſūt datæ.

ADHVC vnū dicā, & vtar ap'li Pauli argumēto rho. iiij. vbi ꝓbat ex, circūſtātia tēporis & facti Abrahā, nō ex circūciſiōe, ſed ex fide iuſtificatū. nulla alia rōne vſ⁹, q̄ q̄d Abrahā anī circūciſionē fuerit iuſt⁹ apud deū per fidē. Si hoc eius argumētū valet, ſicut neceſſe eſt valere, neceſſe erit & hoc valere, q̄d nūc ꝓduco in hūc modū. Petr⁹ q̄n claues accepit a Chriſto (ſi oīno perſonā ei⁹ ſolā cōtēdis accipere) nōdū erat Ep̄us vrbis Rhomæ (imo ꝓprie nūq̄ fuit Ep̄us vlli⁹ ciuitatis, Sed ap'lus Ep̄orū inſtitutor, maior oib⁹ Ep̄is) Sed erat vnus inter ap'los. Ergo claues nō ſunt ei datæ, ſec'm q̄d poſtea, vel fact⁹, vel mutat⁹ eſt, vel loco, vel officio. ſicut Abrahæ nō eſt iuſticia reputata, qualiſcūq; poſt fidē factus eſt, Sed ꝓut fuit ap'lus tm̄, & ꝑſertim habēs patris reuelationē. Quare prorſus nihil hæc autoritas ad rho, pontificem pertinet, etiā ſi ſoli Petro dicta fuiſſet. quanto nūc min⁹ pertinet, quando nec ſoli Petri perſonæ dicta conuincitur.

Argumentū factū ad ſil'itudinē argumenti pauli ad rho. iiij.

ADDO & aliud ſil'is formæ argumētū, q̄ Paul⁹ rho. iiij. & Gala. iiij. vtit̄, dicēs. Qd' ſicut Abrahæ ex fide reputata eſt iuſticia, Ita & oib⁹ q credūt reputabit̄ iuſticia. Quare & his ſicut petro hn̄ti reuelationē patris, & Chriſtū cōfitēti, claues dant̄, Ita neceſſe eſt, omī ſil'iter cōfitēti & reuelantē hn̄ti claues donatas eſſe, q̄d nullæ niſi eccleſiæ, id eſt, cōmunioni ſctōrū cōuenire pōt. cū nullus ſingularis fidelis, conſtāter & certo ac perſeuerāter hr̄e poſſit hanc confeſſionē. quum nec Petrus ipſe in eadē perſeuerarit. quia non mō aliqn̄, ſed mox poſt acceptas claues errauit. Et tn̄ non ſunt ei claues rurſum ablatæ, quia nō in ſua, ſed eccleſiæ perſona eas accepit. Qd', ſi hæc argumēta non concludunt, nec illa ap'li pauli, quæ allegata ſunt.

Sil'is formæ argumentū.

Eccleſia, ſanctorum cōio.

VERVM, vt opinionē contrariā penit⁹ iugulem⁹. Age, ſi iſta verba, Tibi dabo claues &c. ad petrū & ſucceſſorē ei⁹ pertinēt, neceſſe erit, vt & p̄cedētia & ſequētia, ac vi ſentētiæ cohærētia, ad eoſdē pertineāt. non em̄ in ſacris euāgelii verbis admittēdi ſunt, qui ꝓ arbitrio ſenſus ſui, partē huc, partē illuc torquēt & rapiūt, ſed ex conſequētia ſenſus & verborū & ex circūſtātiis, intelligētia referēda eſt, iuxta Hilarii documētū. Cū itaq; Chriſtus, claues noluerit tradere, niſi prius oibus diſcipulis de ſui confeſſione exploratis. deinde, non niſi accepto & approbato reſponſo petri ex reuelatione patris loquētis. clarū eſt claues non eſſe, niſi ei⁹ qui talis eſt, qualis tūc petrus fuit. Quo ſequitur abſurdiſſima abſurditas, q̄d malus papa vel Ep̄us, non eſſet papa nec Ep̄us. quia non haberet fidē quæ conſtituit acceptorem clauium. Deinde ſequitur, contra textum & ſenſum eorum, quod nec petrus claues acceperit aut retinuerit. Quia Chriſtus dicit, quod; portæ inferi non præualeant aduerſus, vel eccleſiam, uel fidem, quā tunc petrus tenuit. At contra petrum præualuit etiam ancilla hoſtiaria. Si itaque illorum ſententia ſtaret, neceſſaria omnino ſequela ſequetur,

Expende q̄ afferuntur

Hilarii documentum.

Suo aduerſarios gladio.

Attēde quo ꝓgrediatur.

NOTA

Aut Rhomanos & omnes pōtifices oportere eſſe ſanctos,& habere
patris reuelationem,nec eſſe carnem & ſanguinem. Aut eos nō eſſe
pōtifices,nec habere claues.Nec video quid cōtra hæc dici poſſit,cū
ſtet tam clarus textus,q̄d claues ſunt datæ,nō niſi ei,qui carnē & ſan
guinem nō audit,ſed patrem cœleſtem hoc eſt,ſanctū & iuſtum in
ſpiritu. Alioquin,oīs pōtifex eſt Satanas,nō ſapiens quæ dei ſunt.

Donatiſtarū error.

At,ſi hoc dicimus,iam hæreticorū nouorū & antiquorū Donatiſta-
rum errorem renouamus.qui malū Epiſcopū,nō eſſe epiſcopū aſſe-
ruerunt.q̄d abſit a nobis,qui ſanctæ & iuſtæ eccleſiæ,miniſtrum im
pium & malū eſſe poſſe cōfitemur.Ita fit,dum per hæc verba, vo-

Conātes ex iſtis verbis, rho, pōti, ſolū & oēm & vl'ēm pōti, facere, nullū nobis pō, relinqunt.

lunt ex Rho,pōtifice,ſolū,& omnem,& vniuerſalem pōtificem fa-
cere, nullum pōtificem nobis relinquant.vt videant, quo ſtipendio
ſcripturas violentent adulatores & ambitioſi. Reliquū ergo eſt, Euā
geliū hoc loco,nec ad Petrū,nec ad ſucceſſorē eius,nec ad vllum Epi-
ſcopū,aut vllum hominem ſingularem pertinere,ſed ad cōmunionē
ſanctorū,quæ eſt eccleſia.hæc deinceps poteſt claues cōmittere, tum
digno,tum indigno.indigno inquā,coram deo,quia neſcit vtrū dig-
nus deo.alioquin,nō niſi digno,coram hominibus cōmittere debet.

Quædā decreta nō ſolū ſūt frigidiſſima, ſed etiā ſenſui euangelico cōtraria.

QVARE SATIS patere arbitror, quando decreta quædam
hunc textum, ad Rhomanā ſedem & pontificem trahunt,non mo-
do frigidiſſime(q̄d modeſte dixi)ſed etiam cōtrarie ſenſui euāgelico
verbum Chriſti tractare.q̄d clarius faciemus,quādo ea inferius exa-
minabimus.Interim,de hac autoritate,ſatis ſit in ſumma dictū.Q d',
ſi cui claues arrogantur,huic neceſſariā quoq; eſſe fidem Petri.Q d',
ſi fides Petri neceſſaria eſſe negabitur,eadem ratione, negabitur &
claues eſſe ei datas,cum vtrunq; copulet & exprimat,immo, fidem
magis & primo quærat Chriſtus. Quare, nō niſi de eccleſia Chri-
ſtum eſſe locutum, clare intelligitur, nec de vna aliqua,ſed de qua
libet,in qualibet parte mundi.

Secūda autoritas ſcripturæ ad hoc nihil facere oſtēditur.

SECVNDO,adducitur illud Iohan, vltio. SIMON diligis me,
paſce oues meas. Hoc eīn,quia ad ſolum Petrum dictū putatur, ip-
ſum ſuper omnes cōſtitutū arbitrantur. Verū,q̄d & hæc nihil effici-
at,oſtendo. PRIMO,quia certiſſimū eſt,a Petro nullum Apoſtolo-
rū eſſe,vel creatū,vel miſſum.quare nec verū,nec poſſibile eſt, Pe-
tro omnes oues eſſe cōmiſſas ſed generali ſententia omnibus dictū,
paſce oues meas,Nō eīn dicit omnes,ſicut ad omnes Apoſtolos dicit,

Miratꝰ aliq̄s cōtra apertā ſcripturā & experientiā ſtare.

Ite in orbem vniuerſum,& docete omnes gentes. Verū,ego nō poſ-
ſum ſatis admirari,q̄d tot ac tanti viri, cōtra tam expreſſas ſcriptu-
ras,tam euidentem experientiā,omnes oues Petro arrogant.qui ta-
men vnanimiter cōfiteri coguntur,ſingulos Apoſtolos in ſuas ſor-
tes eſſe miſſos.& Paulum de cœlo in Apoſtolatū gentium vocatū,
in quibus omnibus,quomō Petrum adhuc omniū paſtorem aſſere-
re audemus? Qui nullū illorū miſit,præſertim Paulum,vt ad Gala.
.i. multis verbis cōtendit.Sunt hæc tam aperta, vt cōfutatione opus
nō videatur,Illi,inquit Marcus,ꝓfecti,prædicauerunt vbiq;.

SEQ VITVR ergo, aut Petro, et ſucceſſori ſuo, nō eſſe omnes
Chriſti oues cōmiſſas. aut oues, quas nō Petrus, ſed Paulus & cæteri
Apoſtoli pauerunt, ad oues Chriſti nō pertinere. quo, quid blaſphe-
mius? Ergo Corinthij, Galatæ, Philippēſes, & aliæ gentes, quia nec
paſcente, nec paſtores mittente Petro, paſtæ, ſunt oues Chriſti in-
telligendæ non ſunt. ſed quid moror in re tam aperta?

SI DICIS, at verbum Chriſti ad ſolum Petrū dicit, paſce oues me- Excludit ob
as. Reſpōdeo, nō dixit omnes oues meas, Alioquin, peccaſſet Petrus, iectionem.
ſi nō omnes pauiſſet ſolus, ſine cæteris Apoſtolis. peccaret etiam ho-
die Rhoma, pontifex, quod non paſcit, nec paſtores mittit ad Tur-
cas, & alias gentes.

Q VIN aliud dicam. Ex iſto verbo nihil poteſt cogi aliud, quam Aliter re-
vt Petrus paſceret oues, quæ fuerunt ex ouili iudæorū, & ſic nihil ad ſpondet.
eum pertinet, nec ad Rhomanū pōtificem & ſucceſſorē eius, aut nō
ad ſolum eum pertinet. Q d' ex Apoſtolo paulo Gala. ij. probo, vbi
Petrū vocat Apoſtolū circūciſionis, & ſe Apoſtolū gentium. Ergo,
ſi quis pertinax eſſet, nulla vi poſſit cogi, hoc verbo Chriſti, aliud in-
telligi, quā paſturā ouium, quæ fuerunt ex circūciſione. Aut, ſi exten
ditur ad Rho, pōtificem, iam nec prohiberi poteſt, quin ad oēs perti
neat, & extendi pari negotio ad omnes queat.

SECVNDO, ego rogarem, vt adulatores Rho, pōtificis omitte- In adulato
rent, hoc terribiliſſimū verbum allegare, ꝓ ſtatuendo primatu eius. res Rho, pō.
neq; eīn terribilius ego verbū in tota ſacra ſcriptura legi, q̄d Rho, pō
tificem, & omnem pōtificem magis terrere poſſit. Primū, quia paſce Quid pa
re, nō ſignificat id, q̄d eſſe primū, aut principem. ideo, ex ipſo nihil ali ſcere.
ud probatur, quā q̄d Rho, pōtifex debet prædicare, docereq; ver-
bum dei. Q d' ſi hoc debet, iam ei deponendus eſt totus iſte prima-
tus, die & nocte in literis ſacris verſandū, pure orandum, periculis &
morti pro verbo laborandū. breuiter, tota Rhoma, vt hodie eſt, lōge
in aliam faciem mutanda. Deſinant ergo, ꝑpter deum, verba Chri-
ſti ſpiritualiſſima, ſuis cupiditatibus aptare.

HAEC ENIM ſi Rho, pōtifici aptantur, ſequitur irrefragabiliter
neceſſariū eſſe, vt doceat verbum. Aut, ſi non docet, nihil ad eum
pertinet.

VERVM, magis obſerua, Chriſtus nō imponit paſturā Petro, Aliud argu
niſi prius diligat. Obſecro te, quid hoc eſt? Nōne ſequitur, q̄d ſi nō di- mentum.
ligat, nō ſit audiendus? At, quis nos certos faciet, de amore paſtoris?
Dubitabimus ergo, quem nam audiamus? Nam, ſi audire nobis pa-
ſtorem neceſſe eſt, etiam illi amare Chriſtū neceſſe eſt: aut, ſi amare
Chriſtū nō eſt neceſſe, nec audire paſtorem neceſſe eſt. cum vtrunq; Vtinā q̄libet
Chriſtus copularit, nec paſturam, niſi amanti cōmiſerit. quid hic faci Epiſcopꝰ hoc
emus? Scio, q̄d ſi recte penſaret hoc verbum Chriſti, quilibet Epiſco Chriſti ver-
pus, deſperaret ſe medium vnius ciuitatis paſcere poſſe. bū penſaret.

Igitur hoc effecimus, q̄d iſta autoritate nihil ꝓbatur, nec valet ad
probandū primatū, ſi aūt aliquid facit, tunc hoc vrgebit, nō eſſe Epi-

ſcopū in eccleſia, qui nō doceat, nec docere aliquē debere, niſi diligat. Hoc inquā & nō aliud iſta verba cōcludunt, niſi noua grāmatica vſꝰ dicas. Si diligis me, paſce oues meas, idem ſit q̃d, ſi diligis te, eſto primus ſuper totam eccleſiam.

Noua grammatica.

Interp̄tatio.

RECTIVS ergo facies, ſi hoc verbū Chriſti, accipias pro exhortatione, imo præcepto, nō quo oues ad ſubiectionē, ſed quo paſtores ad diligendū Chriſtū & paſcendū populū aſtringantur. Porro, dilectio Chriſti (vt b. Augu, hic expōit) etiā mori ꝓ ouibꝰ Chriſti reqrit.

Totius orbis querela.

ATQVE, vtinā hoc verbū ad ſe pertinere crederent rho, pōtifices. Hæc eſt em̄ totius orbis querela, q̃d dilectionē & doctrinā aliis relegantes, ad ſe nihil putant pertinere. intelligunt em̄ hæc verba, ad populū pertinere, vt per quæ cogere ad ſubiectionē omnes volunt, & tū paſcua & auditū verbi (q̃d verba ſonant) nemo ex eis intelligit. O fœlix ambitio, ſi quis vſquā inueniretur, qui oīm paſtor eſſe ambiret, quis hunc nō libentiſſime admitteret? Nunc aūt libēter permittunt cuicunq;, diligendi & paſcendi officiū, ſibi vero titulū diligēdi & paſcendi, & quæ titulū ſequuntur, lucra ſcilicet & honores, reſeruant. DESINE itaq; a verbis Chriſti torquendis. quia ea quæ per hoc pōtifici tribuis, penitus auferunt, & omnia ea imponūt, quæ nō tribuis, & ille quā maxime exhorret.

O fœlix ambitio.

Eludit cauillum.

AT dicis, paſcere nō poteſt, niſi ſit ſuperior. Ergo licet nō faciat officiū paſtoris, nō per hoc ſuperioris amittit locū. Reſpondeo, quid hoc ad me? Quere ergo alia verba, quibꝰ locū poteſtatis aſſeras. hæc verba, aut amantē & paſcentem requirunt, aut prorſus nulli conueniunt. niſi iterū noua latinitate, diligere plus his accipias pro eo q̃d eſt, præeſſe cæteris omnibus, Et paſcere, omniū iura & opes poſſidere. Proinde, nihil mirū, ſi primatū tanto æſtu quærunt. quē ſi verbis in ſuo ſignificatu acceptis, gerere debent, nec deum ipſum ꝓ præmio eſſent expectaturi. vides ne ergo, quid ſit illudere ſcripturas, ſeu, vt modeſtus dixi, ex frigidiſſimis decretis, primatum hūc probare?

Noua latinitas.

Præeſſe, & non diligere, nec paſcere non Chriſtianū, ſed mūdanum officiū.

SEQVITVR ex iis, q̃d præeſſe cæteris, & nec diligere, nec paſcere, nō eſt euangelicū, neq; Chriſtianū officiū, ſed mundanū & humanū. Dic mihi, ſi ſubditi erecti aduerſus pōtificē, dicerent, nolumꝰ te audire, nec habere pro pōtifice, quibus velles eos verbis cōpeſcere? Nūquid his, paſce oues meas? At ipſi dicent, qn̄ aūt paſcis? qn̄ diligis? vbi opus & res huius verbi? Ergo alio verbo cogendi eſſent nō iſto. Quare ſequitur q̃q;, q̃d his verbis, nec vlla poteſtas, nedum primatus cōmittitur, ſed poteſtatē habenti, officiū diligendi & docendi imponitur, ſicut Petro iam in apoſtolatū vocato, hæc dicuntur. Et hoc eſt, q̃d iſtos adulatores, verborū Chriſti oſcitantes & ſtertentes lectores, ab intellectu ſano propellit, q̃d nō diſcernunt, verbū officii & poteſtatis. Vocatio Petri, fecit eum primū & qualem ipſi volunt ſtatuere. Sed impoſitio officii, per verbū paſce, nullū ei maiorem gradū cōtulit, nec cōferre potuit, niſi dicant Petrū ſuper ſeipſum etiā eleuatum per verbū paſce. Dicis aūt. SVFFICIT, q̃d per aliū doceat & diligat, nō eſt neceſſe, vt per ſe ſolū faciat, Reſpōdeo, admit-

Subiectio

Expoſitio.

Obiectioni occurrit.

to,ſed hoc iſto verbo Chriſti nō traditur. Et alio verbo,hanc licentiā aſtrui oportet. hoc verbū inſuperabiliter cōcludit, Aut paſtores eſſe debere,etiā per ſeipſos amantes & docentes, Aut,ſi non per ſeipſos amant & docent,nihil hoc verbū ad eos pertinere. Atq; ita nihil probatur ex ipſo pro Monarchia Rhomana,ſed potius cōtra pugnatur. cum tot amari & paſci ab vno,ſit impoſſibile.

Qui nō ipſi diligūt & paſcunt, ad eos nihil hoc verbū pertinet.

VIDEMVS quidē officiū diligendi & paſcendi,a pōtificibꝰ rho, tradi Epiſcopis,retento titulo paſtoris & amatoris. & Epi eodē noīe ſeruato,tradunt curatis. Curati capellanis,nomē per oēs tranſit & hæret. officiū tranſit,& in nullo hæret. Sed & fratres mendicātes ſumpto ab illis officio,ſtrenue eos imitantur. Maiores & magiſtri officiū docendi fratribus terminariis imponunt,ipſi nomine officii cōtenti. ADEO moleſtū eſt verbum dei docere,diligere & paſcere. propter q̄d vnū filius dei venit in mundū,miſitq; ſpiritumſanctum,& omnia fecit, vt officium hoc eſſet officioſiſſimum.

Titulo tenꝰ ſūt paſtores, qui per alios paſcunt.

Diligere & paſcere moleſtum.

QVOD ſi ſatis eſt per aliū docere,quid amplius facit Epūs quā laicus? Nōne vel Turca poteſt iubere aut permittere, vt alius diligat ac paſcat? Quid ergo neceſſe fuit Petro tot vicibus repetitis mādare hoc officiū,& tam inſtāter vrgere? Eſt iſte modus euangelii interpretādi,Paſce oues meas,id eſt,permitte,iube, vt aliꝰ paſcat? Si ille alius item per aliū paſcat,& tertius per quartū,ac ſic ſine fine, vſq; ad neminē,vbi manet verbū Chriſti? AVT qua decentia,cæteri ſequaces paſcent,qñ primores & qui plus iis debent,nō paſcūt? Cur Chriſtus nō fecit idem? cur Petrus nō etiā otiatus per alios pauit?

Nō ſatis eſt per aliū diligere & paſcere.

Malo exm̄o primores ipſi nō paſcūt, ſed tn̄ tōdēt.

IGITVR,ſi iſta verba ad pōtificiā ptātem cogas ſeruire,in neruum res tua ibit. Et cōcludes a tēpore Gregorii Magni,nō fuiſſe paſtorē in Rho,eccleſia. hic eñ fere vltimus eſt eorū,qui ſacras literas tractauerūt. QVARE,ſi gloriaris dictū eſſe Petro,diligis me plus iis,bene,fac hoc & viues,dilige plus cæteris,paſce plus cæteris. Et induentur arietes ouiū,& valles abundabūt frumēto, clamabunt, & hymnū dicent. Qđ,ſi per diligere plus his,intelliges,maiorē te aliis eſſe,iam verbo Chriſti alienā intrudis intelligentiā. Nō eñ aliquid iubetur ſubditis,per hæc verba,ſed Petro. Nō dicit,Eſtote oues ſub Petro,ſed petre paſce oues. Et tamen illud volunt, hoc nolunt.

Torquenti hæc ad pōtificiā ptātem, fortitudo in neruū erūpit

Si diligis plus cæteris, plꝰ q̄q; paſce

Aliena a verbis Chri intelligentia.

Credo itaq; manifeſtiſſimū eſſe,has duas euangelii autoritates, nihil ad rem facere. & frigidiſſimū atq; ineſſicax eſſe, quicquid hucuſq; per ipſas in hac re formatū eſt.

Summa

EX iis iam facile eſt decreta ipſa iudicare,quā infirmiter ſua probent. Quod,vt clarū faciam,aliquot adduco.

Ex iis decreta quædā facile æſtimāt.

PRIMVS eſt Leo.diſ.xix.c.Ita dñs noſter,inquit, Iheſus Chriſtus,humani generis ſaluator inſtituit,vt veritas,quæ antea,legis & prophetarum præconio cōtinebatur,per tubam Apoſtolicam,in ſalutem vniuerſitatis exiret,ſicut ſcriptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorū,& in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris ſacramenta,ita dñs ad oīm apoſtolorū officiū pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro, omnium apoſtolorū ſummo,principaliter

Verba Leonis.

collocaret, vt ab ipſo, quaſi a quodã capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe intelligeret diuini myſterii eſſe, qui a Petri ſoliditate recederet. hæc ille.

Leo hic hũana paſſus.

QVIS obſecro, nõ videt, ſanctũ & eruditũ hunc virũ, humana paſſum? Nam, ſi per ſoliditatem petri, intelligit fidem, qua petrus Chriſtũ cõfeſſus eſt Matth, xvi. recte & euangelice dicit. Hæc enim fides eſt petra, a qua petrus nomen habet. A qua, qui receſſerit, merito exors eſt diuini myſterii. VERVM, ſi per ſoliditatẽ petri, intelligit iuriſdictionem & poteſtatem petri, & Rho, põtificis, quilibet facile capit, q̃d verbo euangelii abutitur & fallitur. Nõne omnes Apoſtoli fuerunt in ſoliditate petri, & tamen ſub rhomana eccleſia nõ fuerunt? Sanctus Stephanus & alii, a paulo perſecutionem paſſi, in ſoliditate petri fuerunt, anteq̃ rhomana eccleſia fieret.

Oẽs apl'i fuerũt in ſoliditate petri, nõ tñ ſub Rho, ecclia, ſic & ſ. Stephanus.

Trahit ad ſingularẽ perſonã, q̃d de oĩb⁹ dictũ eſt.

DEINDE, eadem humani affectus labilitate, dicit in Apoſtolo petro principaliter collocatũ munus docendi, trahens ad ſingularẽ petrũ, q̃d propheta plurali & indiſcreto numero dixit, Sonus eorum & verba eorum.

Manifeſte falſum.

SED & hoc manifeſte falſum eſt, q̃d petrus, caput ſit totius corporis, a quo dona ſua Chriſtus in omne corpus diffundat. niſi intelligat partem eccleſiæ, quæ docente petro erudita eſt, vt eſt latina & occidentalis eccleſia. Nam, etiã per alios Apoſtolos, præſertim paulum, dona ſua diffudit in multo plures, quã per petrum. vt mihi miraculũ ſit, tam profunde huius põtificis mentem fuiſſe occupatã, vt hæc ſcribens, nõ meminiſſe potuerit pauli & aliorũ Apoſtolorũ. Si ergo dixiſſet, per quem dona ſua in corpus diffunderet, recte dixiſſet ſed in omne corpus, nimium dictum eſt.

Verba Leonis.

SEQVITVR idem Leo, Hunc (petrum) eñ in conſortiũ indiuiduæ vnitatis aſſumptũ, id q̃d ipſe erat, voluit nominari dicendo, Tu es petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ dei, in petri ſoliditate conſiſteret.

per ſoliditatem petri, videt ptãté rhoma, eccl'ię nõ recte ſignifiſicare.

ITERVM per ſoliditatem petri, nõ fidem vniuerſalis eccleſiæ, ſed poteſtatem Rho, eccleſiæ ſignificat. & verbũ Chriſti, ſub perſona propria petri, nõ aũt eccleſiæ, accipit dictũ, vt clare ex ſequentibus patet, vbi dicit. Verũ, hanc firmitatem petri iſtius ſanctiſſimã, deo (vt diximus) ædificantẽ cõſtructam, nimis vult impia præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauẽdo ſuis cupiditatibus, & id q̃d accepit a veteribus non ſequendo.

ECCE, ſeipſum exponit, ſoliditatem petri, eſſe poteſtatẽ rho, eccleſiæ: idem per ſecretiſſimã fidem ſpiritus, & externã iuriſditiõis poteſtatem intelligens, nõ ſine verbi euangelici iniuria. NON ergo infringit ſoliditatem petri, qui ſub legibus rho, eccleſiæ non viuit, ſed, qui non id credit, quod petrus confeſſus eſt.

proteſtatˀ ſe hmõi decreta nõ dãnare

PROTESTOR aũt ego, q̃d decreta quidem huiuſmodi nõ dãno, Nihil eñ meæ ſaluti deperit, ſi tolero alicuius violentam ſcripturæ interpretationem, modo vera & legitima intelligentia iuxta ſal-

ua ſit.Sed hoc adnitor,vt rem & fidem noſtram conſtanti & ſolida intelligentia diſcamus firmare.Quãuis em̃ eiuſmodi abuſiones ſcripturæ valeant pro iis,qui iam credunt,& tolerandæ ſint:tamẽ oportet etiam,ſi cum contentioſis oriatur bellum,habere ſimplicẽ & germanũ ſenſum Chriſti,qui ſtare in acie victor poſſit,ne eccleſiam & omnes nos ludibrio exponamus.NEQVE em̃ cum illis ſentio,qui rho,pontifices nõ erraſſe putant,& apud eos ſolos eſſe veram ſcripturæ intelligentiã,cum longe contrariũ hic & multis aliis locis videatur.homines fuerunt,ſicut & cæteri Epiſcopi.NEQVE ſane grande miraculũ eſt,ſanctos hos pontifices,humana infirmitate ſibi ambiuiſſe primatũ,quando & ipſi apoſtoli præſente Chriſto,non ſolũ ambiuerunt,ſed etiam non ſemel inter ſe contenderunt,quis eorum videretur maior.Sicut ergo Chriſtus benigne tulit eorum humanitatem,ita & eccleſia talium pontificum ambitionis reliquias ferendas diſcit,& decreta eiuſmodi,ideo non penitus reiicit. ILLIS porro & manibus & pedibus reſiſtendũ eſt.Qui non contenti,q̃d huiuſmodi decreta humiliter ferimus,ſed eo inſaniũt,vt tanq̃ nõ ſit alius in ſcriptura ſenſus,ea pro neceſſariis articulis fidei nobis ſancire,& omnem alium ſenſum hæreticum proclamare audent,om̃ia ſine vllo iudicio legentes.qua temeritate neceſſario tandem fit,vt legitimum Chriſti ſenſum amittamus,& in humanũ arbitriũ & arenã ædificemur.

Laudabile ſtudiũ Mar, Lutheri.

Diſſentit ab iis, qui ſolis rho.põ. verã ſcripturæ intelligentiam arrogant, & pon.ambitionis excuſat.

Inſanientib9 totis iuribus reſiſtere, neceſſarium.

SI ENIM verũ eſſet,q̃d hic Leo iſte dicit,& tanq̃ diuino præcepto eius verbis obediendũ eſſet,iam tota orientalis eccleſia,ab initio ſui vſq; ad finem,fuiſſet exors diuini myſterii. quia nunq̃ ſub rho, eccleſiæ poteſtate fuit.Tolerandus itaq; error huius Leonis:non aũt propter eum alius & verior ſenſus relinquendus.

Leo hic non audiendus.

Tolerãdus Leonis error ſed nõ ſequẽdus.

SECVNDVS eſt Leo.iiij.diſ.xx.c.de libellis dicens.Quam ob cauſam,luculentius& magna voce pronunciare non timeo.quia,qui illa(quæ diximus)ſanctorũ patrũ ſtatuta,quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur,ſiue ſit Ep̃us,ſiue clericus,ſiue laicus,nõ indifferenter recipere conuincitur,nec catholicam, nec apoſtolicã fidem, nec quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad effectũ ſuum retinere, vel credere probatur.

Verba Leonis.

VERE,nimis nihil times,mi Leo,pronunciare,audens humana ſtatuta euangeliis æquare & audacter ſatis affirmas,iis non ſeruatis,nec fidem catholicam ſeruari,Si de contemptoribus,& iis, qui ſub te ſunt diceres,recte diceres.nunc contra,quando mores & fidẽ, traditiones cum euãgelio,verbũ hominũ cum verbo dei confundis, nõne homo es?Quis ferat,vt euangeliũ & fidem non ſeruare putetur,qui ſub ſtatutis illis non fuerit?Tu cum tuis ſerua ſtatuta & canones.illis,qui ſunt in oriente,alia ſunt ſtatuta,ſed idem euangelium.

Nimis audacter Leo pronunciat.

Leo,homo

TERTIVS,diſ.xxi.c.Clero,q̃d capitulũ ego nunq̃ credam eſſe ab aliquo rho,pontifice conſtitutũ,ſed videtur Iſidori cõmentũ eſſe. Qui Metropolim menſurã ciuitatis,& Acolytũ ceroferariũ,alioſq; gradus egregia inſcitia deſcribit,& inuenit tamen autoritatem.Pontifex:inquit:princeps ſacerdotũ,eſt vel eſſe dicitur,quaſi via ſequẽ-

Iſidorus.

Quo hæc ore, q̃ vultu?

tium. Ipſe em̄ ſummus ſacerdos, ipſe pōtifex maximꝰ nuncupatur, Ipſe em̄ efficit ſacerdotes & leuitas, ipſe oēs ordines eccleſiaſticos diſponit, ipſe q̄d vnuſquiſq; facere debet. antea aūt pōtifices & reges erant. Nā, maiorū̆ hæc cōſuetudo fuit, vt rex eſſet ſacerdos & pontifex. vnde & pōtifices rhomani imperatores appellabantur.

HVNC diuinatorem contemptū̆ præteriiſſem cum erroribus ſuis, niſi viderem hinc ſumi hodie a nōnullis, q̄d papā imperatorem maximū̆q; pontificem, iactant. Ideo, nō inter canones, ſed inter canes hunc deputo. & ne id ſine iudicio faciam, opponam ei cōtraria decreta, quæ ſimul ſententiā noſtrā iuuabunt.

Opponit ei contraria decreta.

DICITVR enim diſ. xcix. c. prime, primæ ſedis Ep̄us, nō appelletur princeps ſacerdotū̆, vel ſummus ſacerdos, aut aliquid hm̄oi, ſed tm̄ primæ ſedis Ep̄us. Et ſequitur. Vniuerſalis aūt, nec etiā rhomanus pōtifex appelletur.

Nota ſ. canones plus peccare in rho. pō. q̃ Lutherꝰ vnq̃ auſus ſit cogitare.

HIC ego in iudiciū̆ voco ipſos canones & canoniſtas, doceant me quæſo, quid hic dicam. Iſte canon probatus eſt, ſed vide quanto maiora crimina cōmittat in ſummū̆ pōtificem, quā ego vnq̃ auſus eſſem cogitare. PRIMO, nō ſolum frigidos aſſerit, ſed & negat & prohibet, ac damnat eos canones & canoniſtas, qui rho, pontificē principem, caput, ſummū̆, maximū̆ appellant. Deinde primatum ei auferens penitus, eum reliquis primarū̆ ſedium Epiſcopis, id eſt, patriarchis, æquat.

Vide q̃ſo, q̃ iniq ſint q dā in Luthe. Ruffini,

Vbi ſunt ergo, qui me noua poſuiſſe garriunt, qui frigidiſſima decreta dixi ſuperiora, & credo, non inique. Nam hic canon Concilii Aphricani, eo plus illis præferendus eſt, quo longius ab ambitione recedit, & euangelicam modeſtiam ſapit.

Huc ſpectet Ruffinus, vt ĩdoleat, ſapiatque dolendo.

QVI ergo me hæreticū̆ accuſant, obſecro, parcant ſaltem huic canoni, ſi mihi nolunt parcere. Ego omnia admiſi, quæcunq; rho, pōtifici hodie tribuuntur. rem non nego, facto non cōtradico: ſed de iure eiꝰ diſputo. & ſentio, q̄d nō iure diuino, ſed decretis hominū̆, talia tribuantur. Quid amplius faciendū̆ mihi eſt? An non ſolum debeo factū̆ cōfiteri, ſed etiam mendaciis & corruptionibus ſcripturæ idem ſtabilire? Abſit.

Ruffine, & huc ad Pelagiū̆ reſpice, vt inuideas, ſimꝰ illachrymeſcq; videndo.

IGITVR damner, quantū̆ volunt. hic habeo canonem, qui damnat rho, pontificem, vniuerſalem pontificem vocari, q̄d ego tm̄ nunq̃ damnaui. Sed addamus plura.

IBIDEM Pelagius omnibus Ep̄is ſcribit in hunc modū̆. Nullus patriarcharū̆ vniuerſitatis vocabulo vnq̃ vtatur. Quia, ſi vnus patriarcha vniuerſalis dicitur, patriarcharū̆ nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc a fidelibus, ſibi velle quēpiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorū̆ imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Quapropter charitas veſtra, neminē vnq̃, etiā in epiſtolis ſuis, vniuerſalē appellet, ne ſibi debitū̆ ſubtrahat, cum alteri honorem infert indebitum. Vides, quod honoris fraterni imminutio ſit, ſi vnus omnibus præferatur, etiam rho, pontifice autore.

Prohibet, ne quiſquā vl̃is appellet pontifex.

IBIDEM b. Grego, Eulogio patriarchæ Alexandrino, Ecce in præfatione epiſtolæ, quā ad meipſum, qui ꝓhibui direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalem papam me dicens, imprimi

re curaſtis. Quod peto mihi, dulciſſima ſanctitas veſtra, vltra nō faciat. quia vobis ſubtrahitur, quod alteri pluſquā ratio exigit, præbetur. Nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos, honorem ſuum perdere cognoſco. Meus nanq; eſt, honor vniuerſalis eccleſiæ, meus honor eſt fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego honoratus ſum, cum ſingulis quibuſq; honor debitus non negatur. Si eñ vniuerſalē papam veſtra ſanctitas me dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum. Sed abſit hoc, recedant verba, quæ veritatem inflant, & charitatem vulnerant.

Hæc b. Gregorii verba, oēs Ruffini, nō penitꝰ inuidia cæci, vł oblique adſpiciant.

Obſecro, quid hic dicemus? An adhuc pecco, q̄d frigidiſſima decreta vocaui aliquorū rho. pōtificū, forte confictorū noīm? qui iſta ſecutus, debueram appellare verba veritatem inflantia (id eſt, leuem & vanam facientia) & charitatem vulnerantia. Quid ſi ego iſta dixiſſem: eſſe videlicet non modo inefficatia, ſed etiam inimica veritati, & contraria charitati?

Quid? ſi dixiſſes, Ruffinis hæreticꝰ eſſes.

HIS adde & ſenas ferme ep̄ſas b. Gregorii in Regeſtis ſuis, quibus ad imperatorē Conſtantinop. & patriarcham eiuſdem, acerrime idem ꝓſequitur: proteſtans, oblatū fuiſſe a Concilio Chalcedoneñ. rho. pontifici, hunc primatū, & tñ a nullo aſſumptum.

Heus Ruffine, Gregorio auſculta.

QVOD ſi dixerint Canoniſtæ nouelli, eſſe hæc abrogata, vel per conſuetudinē deſiiſſe, Gratias ago, hoc volui. Sequitur ergo, quod non verbis euāgelicis, & iure diuino iſte primatus ſtet, Sed iure hominum & vſu. hoc admitto, hoc cōfiteor. alioquin, ſi iure diuino ſtaret, nunq̄ debuit non eſſe & fuiſſe. & peccaſſent mortaliter hic Pelagius & Gregorius, ſicut caſſantes ius diuinū, & euangeliū deprauantes. Quando ergo iura humana ſic eum aſſerunt, vt per verbū euangelii conentur probare, nonne neceſſe eſt, vt frigidiſſime & inefficaciſſime & violentiſſime id faciant: ſicut videmus in prædictis, & nūc ecce amplius videamus.

Vt q̄dam faciunt Ruffini paraſitæ. Ruffine, q̄d nunc: Grego. & Pela. tibi ſūt hæretici?

Quartus, Anacletus. xxi. c. in nouo. In nouo, inquit, teſtamento, poſt Chriſtum dominum, a Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, domino dicente, Tu es Petrus &c.

Verba Anacleti.

HAEC ſi intelligit, quod ſacerdotalis ordo cœpit a Petro in eccleſia latina, poteſt vtcunq; ſuſtentari. quemadmodum & b. Cyprianus epiſtola tertia, Sedem Petri principalem, & vnde ſacerdotalis ordo cœperit, appellat. aut ſic cœpit, quod Petrus, primus inter æquales Apoſtolos fuerit. Si autem intelligit, quod a rho. ſede omnis ordo ſacerdotalis, primo & ſolum veniat, ex dictis ſatis patet, quā ſit erroneum. nec hoc tunc Anacleti eſt decretum, ſed ficti alicuius Anacleti palea.

Anacleti palea.

Quintus, Pelagius, eadem diſ. xxi. Sancta rhomana eccleſia catholica & Apoſtolica (forte quod cæteras, nec ſanctas, nec catholicas reputat) nullis ſynodicis conſtitutis, cæteris eccleſiis prælata eſt. Sed euangelica voce domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit, Tu es (inquit) Petrus.

Verba Pelagii.

Hic plus cæteris audet.

Noua grāmatica docemur ſacras literas ita īterp̄tari, Tu es petr⁹, id eſt, prim⁹. Tibi dabo claues, id eſt, ſoli R. eccl'æ.

Super quā petram rhomana eccl'ia ædificata eſt: nō ſuper petrā. i. ſuā p̄tātē, nec ſuper petrā. i. fidē, ergo ſuper nihil.

Toleranda ſunt frigidiſſima q̄dā decreta, nō adoranda.

Hic magis erumpit & audet, non tm̄ contra prædicta diſ. xcix. adducta decreta, Sed etiam q̄d verbum Chriſti ad Petrum, oīno torquet de fide, ad poteſtatem iuriſditionis & pompam primatus, deinde, ſolam Petri perſonam in verbis Chriſti accipit, reiecta perſona eccleſiæ, quā vere Petrus tunc geſſit. Ergo noua grammatica, Tu es Petrus, ſignificat, tu es primus. &, tibi dabo claues, id eſt, ſoli rhomanæ eccleſiæ, cæteris eccleſiis nihil habentibus. ſed piget me omnia cōmemorare. In ſumma (vt dixi) ſi his verbis Chriſtus rho, eccleſiam ſignificauit, cum rho, eccleſia vix viceſimo anno eccleſiæ primitiuæ nata ſit, ſequitur, q̄d ipſa primitiua non fuerit eccleſia: & deinceps omnes, quæ claues ex rho, eccleſia non acceperunt, Chriſto inobedientes fuerint. Et ita ſ. Stephanus, cum tot milibus martyrum orientalis eccleſiæ damnati cenſebuntur. Vt omittam, q̄d ſi per verbum Chriſti poteſtas rho, eccleſiæ intelligeretur, vt hic vult, & Chriſtus ſuper hanc petram, eccleſiam ſuam ſe ædificare promittat, ſequitur, q̄d vniuerſalis eccleſia non ſuper fidem, ſed ſuper poteſtatem rho, eccleſiæ ædificata eſt: ſuper quam tunc ipſa rho, ædificata eſt? non ſuper petrā id eſt, ſuam poteſtatem, nec ſuper fidem, ergo ſuper nihilum. Quis ferat hæc? Vides ergo, quā poſſum inuehi in iſtos hominū ſenſus, ſi vellem libere agere. nunc aūt ſufficit mihi oſtendere, q̄d his decretis cōtra hoſtes, & in contentione nihil effici poteſt. ſunt em̄ languidiſſima, frigidiſſima, & penitus ineptiſſima, ad contentionem. Sat eſt, q̄d tolerantur pro fraterna charitate, non etiam adorentur pro ſolida & germana veritate.

SED nec hoc ferendum eſt, q̄d infert. In iis omnibus quāto gradus celſior, tanto maior autoritas inuenitur. In maioribus ſiquidē eſt regendi iubendiqꝫ poteſtas. In minoribus obſequendi neceſſitas.

Peſſima cōſequentia.

Vide, vt neceſſitatem omnibus imponit, & ſibi ſoli (contra charitatis officium) libertatem arrogat, ſed peſſima conſequentia. Non em̄ mox maior autoritas eſt, vbi gradus celſior eſt. Petrus em̄ primus apoſtolorū fuit, ſed nullam in eos autoritatem habuit vnq̄, immo contra, Apl'i in Petrum habuerunt autoritatem, vt Act. viij. ſcribitur, q̄d apl'i miſerunt Petrum & Iohannem, qui tunc primores erant inter apl'os, & tamē miſſi ſunt ab apl'is, tanq̄ maioribus, ad Samariæ fideles. Labitur ergo Pelagius hoc loco ſatis aperte. quanq̄

Excuſat Pelagiū, & pō.

ego credo, hos & ſimiles Canones, nihil præter nomen de rho, pontificibus habere. Eſſe aūt cōpoſitos ab eorum officialibus & ſcribis, in theologia parum doctis. Ideo nihil euangelicum, nihil eccleſiaſticum ſpirant: ſed humanum affectum, carnem & ſanguinem.

Papa Nicolaus.

SEXTVS, Nicolaus papa eadem diſt: c. inferior, volens robuſtiſſime probare, q̄d inferior non poteſt ſuperiorem abſoluere (intelligit aūt Conſtantinopolitanam eccleſiam inferiorē, Nam hæc multorū Canonum cauſſa fuit pro iſto primatu) inducit illud Iſaiæ. xiiij. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabit ſerra contra eum, qui trahit eam? His: inquit: ex diuina ſcriptura commemoratis, ſole clarius exhibuimus, nō poſſe quenq̄, qui minoris au

toritatis eſt,eũ qui maioris poreſtatis eſt,iudiciis ſuis adiicere. Quis nõ miretur;adeo iſte autor ſub nomine papæ,ſcripturas tractat appoſite.deum facit ex papa,cæteros epiſcopos,nõ fratres,nõ homines ſaltem,ſed inſtrumenta facit.Hoc eſt nimirũ,ſole clarius exhibere, id eſt,tenebras offundere.

Hic ex papa facit deũ,cæteros e̅pos, nec fratres, nec hoĩes,ſed inſtrumẽta.

Vt omittam,q̊d hoc ſyllogiſmo probat,non poſſe inferiorem ſuperioris eſſe iudicem . qui probandũ ſuſcepit,quis eſſet ſuperior & inferior,tam apte & acute diſputari dignus fuit iſte primatus ambitionis fœdiſſimæ.

DEINDE,in fine,Rhomanã eccleſiam matrem vocat omnium eccleſiarũ,In quo mirum eſt,cuius filiæ & diſcipulæ fuerunt eccleſiæ iudææ,de quib⁹ Paulus ad Galatas dicit.Eram ignotus facie eccleſiis iudeæ:Et quæ eccleſia fuerit, quã Paulus vaſtabat.Siquidẽ Rhomana eccleſia tunc erat adhuc in lumbis patris ſui Petri,qui Hieroſolymis erat.Quid queſo Hieroſolymitana eccleſia didicit a Rhomana; Cur mentitur Paulus Rho.xv.dicens,pauperes ſanctos in iudæa, iuſte accipere collectam a Rhomanis & aliis gentibus , q̊d ſpiritualiũ illorum participes facti eſſent,quo verbo apl'us Hieroſolymitanam eccleſiam,matrem,matricem,radicem ſignat omniũ plane eccleſiarũ totius orbis,etiam Rhomanæ,q̊d & verum eſt. Quis eñ negare poteſt,eccleſiam gentiũ,poſteriorem eſſe eccleſia iudæorũ,& ex hac illam natam:cum tot in locis hoc de gentibus prophetæ prædixerint, cum in actibus diſcipuli diſperſi ſolis iudæis prædicaſſe verbum , & de gentium ſalute,ſtupuiſſe legantur. Et Paulus rho. xv. Iudæorum miniſtrũ fuiſſe Chriſtũ, & gentes miſericordiam conſecutas,ad ruinam iudæorum doceat.Sed & Chriſtus Iohan.iiij.Salus:inquit:ex iudæis.Modeſte itaq; dixiſſet,Matrem eccleſiarũ, matrem vero oĩm eccleſiarum,hyperbole eſt nimia.

Cuius filiæ & diſcipulæ fuerunt eccleſiæ iudææ,q̃ lõgo tẽpore ante rho,oĩm matrẽ fuerũt

Eccleſia gentium,poſterior eccleſia iudæorum,

SEPTIMVS,Nicolaus iterum diſ. xxij.c.omnes , de quo textu neſcio quid dicam.Nam prope corrigo meam propoſitionem,& dico,q̊d rho,eccleſiam aliis eſſe ſuperiorem probatur,ex delyramentis cuiuſdam ineptiſſimæ paleæ,nomine Rhomanorũ pontificũ, eccleſiam Chriſti illudentis. Audi,quæſo per Chriſtũ,qui hic dicat.

Omnes (inquit) ſiue patriarcharũ, ſiue cuiuſlibet apicem,ſiue metropoles,primatus,aut epiſcopatuũ cathedras,vel eccleſiarum cuiuſcunq; ordinis dignitatem inſtituit Rho,eccleſia:Illam vero ipſe ſolus fundauit,& ſupra fidei petram mox naſcentis erexit.Qui beato Petro æternæ vitæ clauigero,terreni ſimul & cœleſtis imperii iura commiſit.

Nicolaus. Prope corrigit in propoſitione, frigidiſſimis decretis, per delyramẽta cuiuſdã ineptiſſimæ paleæ.

ROGO te lector,de Rhomanis põtificibus, & ipſa Rhomana eccleſia,tot milibus martyrum in cœlo & terra fulgente,alia quæ potes,ſentias: modo propitius tibi ſit Chriſtus , ne hoc decretũ credas, editum ab vllo Rho,pontifice, ſaltem ſciente.

Appellat lectorem.

PRIMVM,verbo Chriſti ſolam Rhomanã eccleſiam fundatã garrit hic impius,quiſquis eſt,Rho,nominis ementitor.Cæteras autem (ſequitur) non Chriſtus,ſed rho,eccleſia fundauit,quia rho,eccle

ſiam ſupra fidei petrã erexit, ſupra quã petram quæſo alias eccleſias erexit? An ſupra harenã? Non credunt idem rho, eccleſia, & aliæ eccleſiæ? Non ſunt ipſæ etiã eccleſiæ? Si ſunt eccleſia Chriſti, cur tu impiiſſimo ore reſiſtis Chriſto dicenti, Super hanc petrã ædificabo eccleſiã meã? Quid ſignificat eccleſiã meã? Non eſt niſi vna rho, eccleſia, ſua eccleſia? Si aũt quælibet alia, etiã eccleſia chriſti eſt, & chriſtus affirmat eã ædificãdã ſupra petrã fidei, impio iam errore dicitur ad ſolã eccleſiã rho, pertinere, & nõ ad alias oẽs. Te nunc appello, lector, vt iudices, an hæc decreta modeſte, an immodeſte, frigidiſſima dixerim, quæ verius impiiſſima dicere debuiſſem. Nõ q̃d rho, põtificum ſint, ſed q̃d noĩe eorũ vulgentur, & per ipſa iam multis annis adulentur ſummis põtificibus, has inſanias nihil curãtibus, quin & ſuauiter audiẽtibꝰ. Igitur euãgeliũ, hoc interprete, ſic intelligimus & locupletabimus. Ego ſupra fidei petrã ædificabo eccleſiã meã rhomanam. Rhomana aũt ædificabit ſupra ſuam ſententiã eccleſias ſuas, nõ meas. quia meã, ſupra fidei petrã ædificabo. Ecce nunc eant adulatores, & ſtatuãt nobis ſcripturæ ſanctæ interpretationẽ, ad rho, pontificis ſcribas pertinere. Deinde vide, quid ſit in curia rhomana, iuriſtas dominari: & ſine theologis ac ſacris literis, de ſola ptãte, & ſpũſſancti pñtia præſumere, hoc eſt, per ſolã potentiã ſcripturas tractare. Cæterũ, iuxta Auguſtini regulã: Et rho: Et om̃is pontifex ſubiacet cuiuslibet fidelis etiã iudicio, maxime in materia fidei.

Supra quam petrã q̃ſo alias eccleſias erexit?

Rectiꝰ talia decreta impiiſſima q̃ frigidiſſima dixeris.

In adulatores.

IAM illud, quã euãgelice dictũ eſt, quod cœleſtis imperii & terreni iura Petro commiſit, obſecro, non eſt hæc res omnibus lachrymis digna, quod hæc non modo legere, ſed etiam credere pro oraculis ſpirituſſancti vrgeamur. & ita vrgeamur, vt ignem minentur, ſi contra quid mutiamus? Atq; ita fit, vt hæc maiore timore & religione amplectamur, quã vllum aliud, vel fidei, vel morum præceptum diuinum, vbi ignem nemo minatur. quin glorificantur, & adhuc bonum ſtatum eccleſiæ ſomniamus, nec Antichriſtum in medio templi agnoſcimus. Igitur, vox iſta blaſphemia eſt impiiſſima, quod Petrus iura cœleſtis imperii teneat, cum ſolum miniſterium verbi teneat in terra, chriſtus ſolus ſit dominus cœli & terræ. Deinde, imperium terrenum, & chriſtus docuit, & Petrus contemnere. hic non ſolum non habere, ſed etiam iura eius in manu Petri conſtituit. Hinc ſecutum eſt malum, quod adulatores, rho, pontificem, in vtroq; regno dominum conſtituunt. quod nec chriſto quidem datum eſt, qui ſuum regnum negat ex hoc mundo eſſe. Mirum autem, quod Petrus Neronem principem paſſus eſt, non modo in Rhoma, ſed etiam in ſua cruce, qui potuit ei iura terreni imperii auferre, aut certe friuolum & impium eſt, ſucceſſorem Petri hoc præſumere, q̃d in petro non fuiſſe cernitur. Pereant ergo, arrogantiſſima vocabula iſta, imperii, iura imperii, cœleſtis & terreni imperii. Soli deo hæc conueniunt. miniſtro eccleſiæ & ſacerdoti, chriſti ſeruo, modeſtiora tribuantur.

Res oĩm lachrymis digna.

Blaſphemia impiiſſima.

Error Syluestrorum & Ruffinorum

Pereant iſta arrogantiſſima verba.

Sequitur eadem palea.

NON ergo quælibet terrena ſententia,ſed illud verbum, quo conſtructū eſt cœlum & terra,per quod denique omnia condita ſunt elementa,rhomanā fundauit eccleſiam.

Verba paleæ.

VIDE MONSTRA,aut hæc de ſola eccleſia rhomana dicuntur,& ſequitur,omnes alias eccleſias eſſe terrena ſententia ſtatutas, & ſine verbo dei,ſine quo nihil factum eſt,quod factum eſt. & ſic omnes aliæ eccleſiæ ſunt nihil. Aut ſimul etiam de aliis eccleſiis intelligendum eſt,eſſe ſcilicet eas per verbum dei,quod omnia condidit,ſtatutas. Et ſequitur hinc,nihil ſingulare de rhomana eccleſia dici,niſi inanem pompam ſyllabarum. Et ita decretiſtam hunc, aut intolerabili impietate, negare cæteras eccleſias vna cū chriſto. aut ſeipſum ſua inſcitia manifeſtiſſime irridere.

Vide monſtra.

Sine verbo dei ,nihil factum eſt quod factum eſt.

QVOD ſi de conſtitutione eccleſiarum,iuxta dignitatis gradus loquitur,non iuxta ſubſtantiam,patet ex prædictis,quā peruerſe, hoc verbum chriſti,de fide totius eccleſiæ vniuerſalis, torqueat, ad poteſtatem vnius hominis. Chriſtus ſuam eccleſiam ſupra petrā ædificare ſe dicit.hic vero non,ſed dumtaxat rhomanā.hoc eſt, cæteras eccleſias nihil facere,& chriſtum negare.

Verba Chriſti torquet, ad vni⁹ hois poteſtatem.

PORRO,ſi cæteræ eccleſiæ ſunt terrena ſententia ſtatutæ, & hanc ſententiam rhomanæ eccleſiæ eſſe dixit,ſuo ore ſeſe damnat, ſuam ſententiam eſſe terrenam,non diuinam, dicens. Et vbi manet, quod vocem Petri,tanquam diuinam,& non terrenam audire oportet? porro,quis conſtituit eccleſiam Hieroſolymitanam,antequā eccleſia rhomana eſſet? An non petrus,verbo dei rhomanam eccleſiā conſtituit? Verum ſi de dignitatis conſtitutione loquitur, non de ſubſtantia eccleſiæ,

Suo ore ſe dānat.

Petrus verbo dei eccleſiam cōſtituit.

Tunc arguo ſic.

Rhomana eccleſia eſt diuino verbo aliis ſuperior conſtituta, ergo neceſſe erit,vt eodem verbo cæteræ eccleſiæ ſint ei inferiores ſtatutæ.quia,non poteſt ſtatui ſuperior, niſi ſint quibus ſuperior ſtatui poſſit. Vbi ergo eſt,quod ſupra dixit,Inferiores cæterarum eccleſiarum ordines a rhomana eccleſia inſtituit.non verbo diuino, quo vult ſola conſtitui ipſa? Nam,quomodo chriſtus potuit ſtatui dominus,niſi ſimul gentes & termini terræ ſubiicerentur,& mōs Zion, cui rex præficeretur?

Forte argumentū & neceſſarium.

ADDE HIS,ſi quis dicat,ſi rhomana eccleſia diuino verbo fundatur ſuper omnes, oportet ergo, & eas certas nominari, quæ verbo diuino ſubiiciantur. Age,eſto ergo hæc ſententia diuina, rhomana eccleſia eſt aliis ſuperior,dic vbi ſcriptū ſit eius correlatiuum, Eccleſia Mediolaneñ. eſt ea inferior, aut vlla alia? Si nulla nominat, nulla ſubeſſe debet,præcepto ſaltē diuino. Quid hic melius dici pōt, quā quod verbū chriſti,nec de ſuperioritate,nec inferioritate eccleſiarum intelligi poſſit, Sed de ſola, eadem,inuictaque fide & poteſtate

Aliud argumentum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnium eccleſiarum æqualiter. Vides ne,quid ſit ſacras literas pro humano affectu,& ſine timore dei tractare;

SEQVITVR.

Priuilegium rho,eccleſiæ, aut oībꝰ eccleſiis iure diuio eſt cōe, aut rho, eccleſia nō habet priuilegium,q̄ñ oēs ſuper eandē petrā ædificatæ ſunt.

Illius certe priuilegio fungitur,cuius autoritate fulcitur. Vide quæ corollaria inferat. verbum Chriſti,de fide ad poteſtatis ſignificationem detortū;priuilegium fit rho,eccleſiæ in verbo,q̄d cōmuniter omnibus eccleſiis cōuenit.quia Chriſtus dicit,Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam.meam,inquit,meam.Si eccleſia alia quælibet eſt eccleſia Chriſti,ipſa certe ædificata eſt ſuper eandem petrā,& nullum eſt vlli priuilegium.Si nō eſt eccleſia Chriſti,& ſola Rhoma,eſt eccleſia,priuilegium non ſtat.quia nulla eſt eccleſia,cui Rhomana ſuperior eſſe poſſit.Iterum dico,pronomen meam,aut ſignificat ſolam rhomanam eccleſiā,aut omnem eccleſiā.Si ſolam,non habet priuilegium præ cæteris.Si omnem,iterum non habet priuilegium præ cæteris.Eligat ergo q̄d vult.per hoc verbum Chriſti,rhomana eccleſia,aut erit ſola,aut non erit prima. Alia ergo via ꝓbādus iſte primatus,quia illuſionem hanc ſui,euangeliū Chriſti(vt vides)quā pulchre eludit,&(vt ꝓuerbium Salomonis habet)illudit illuſores ſuos.

Quidā hac miſera & inani palea, priuilegiū rho, eccl'iæ ventilant, q̄dlibet vel Chriſtū negari patiētius ferentes, quā hanc paleam.

ET ſunt tamē tam multi,qui ex hac miſera palea,priuilegiū rho,eccleſiæ,paſſim pro articulo fidei,vel omnium primo & maximo iactitent.patientiores,ſi Chriſtum neges,quā ſi hoc priuilegium,verba Chriſti peruertens,non adores.

Sequitur iterum corollarium,tali themate dignum.

VNDE non eſt dubium,quia quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuū detrahit,iniuſticiam facit.Qui aūt rho,eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite,traditum (vide hiatum iſtū Stētoreum)auferre conatur,hic procul dubio in hæreſim labitur.

Peccat certe,q conať & nō perficit.

ECCLESIA rho,non habet ius,ſed priuilegium.Quodq́; quod eſt ſupra petram fidei ædificata,hoc enim ſolius rho,eccleſiæ eſt,iſto autore.Deinde,petram fidei,intelligit p̄lationem hanc primatus terreni.Nam,hæc duo perpetuo miſcet & confundit,hæc palea.

Per petrā fidei intelligit mundanā dn̄ationē.

OBSECRO,quāta patientia eſt,iſta tolerare;primū ſicut dixi.Si petra fidem ſignat,eadem eſt omnium eccleſiarum, nullo reliquo priuilegio.Si autem non omnium eſt eadem ,ſola erit eccleſia Rho,non habens cui præferetur. Secundo,ſi petra fidei,dignitatem ſignificat,iam ſibiipſi contradicit in eodem verbo , verbumq́; Chriſti adulterat,fidei ſignificationem in poteſtatis ſignificationem ſubuertes,& ſpiritū in carnem,Chriſtū ad mundum trahens.

Excutit paleam.

Spiritū ad carnē ,Chriſtū ad mūdū trahit hæc palea,quā q ſequit ſane vix eſt chriſtianꝰ

NON ergo eſt hæreticus,qui negat hoc priuilegium rho,eccleſiæ.ſed ille deprauator eſt verbi dei, qui per fidei petram intelligit, priuilegium potentiæ temporalis.

QVOD aūt in fine Ambroſium adducit,qui ſe matrem eccleſiarum aſſerit ſequi Rhomanam,vtinam & ipſe idem faceret cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambroſio. Eccl'ia Rhomana mater eſt,ſed nõ oĩm eccleſiarũ. Nã,& Metropolis quælibet eſt mater eccleſiarũ, iuxta patrum ſtatuta. Deinde,rhomana eccl'ia,nunq̃ verbis Chriſti has cõtumelias fecit,quas hæc palea facit, ſed per petram fidem intelligit, non tyrannidis ambitionem.

Ambroſius.

OCTAVVS(vt finem faciamus horum deplorandorum interpretũ ſcripturæ diuinæ)eſt iterum Anacletus eadem diſt. c. ſacroſancta(ſic eñ auſus eſt,quiſquis fuerit iſte barbariſſimus Notarius, etiam tanto pontifici tribuere,tantam,& inſcitiam,& temeritatem, quantam videbimus:

Octau⁹ anacletus.

Sacroſancta rho,eccleſia, quia aliæ nõ ſanctæ,aut nõ ſacroſanctæ ſunt,etiam ſi eadem fide,verbo,ſacramento,ſpiritu, prorſuſq; eadẽ ſanctitate ſanctificentur)nõ ab Ap'lis,ſed ab ipſo domino & ſaluatore,primatũ obtinuit,ſicut b. Petro dicit, Tu es Petrus &c.

Sacroſancta palea eſt, caue accedas.

SI ALIQVIS gentiliũ,ſic exponi verba Chriſti audiret, quãdo chriſtianus fieret:Igitur & hic primatũ intelligit per verbũ, Tu es petrus,ſeu per hãc petrã. Eligant aũt(vt iterũ eadem repetam) vtrum voluerint. Petra hoc loco,aut ſignificat fidem ſpiritus,aut primatũ exterius,vtrunq; eñ ſimul nequit ſignificare. Si fidem,iam omnes eccleſiæ ſuper eam ſunt ædificatæ.quia Chriſtus dicit, ſuper hãc petram,ædificabo eccleſiam meam. Ergo, cuicunq; cõuenit dici a Chriſto,eccleſia mea,ad eãdem pertinet,petra & petrus ſuper quã ædificatur,ita nihil propriũ rho,eccleſia habet,ſed omnia ſunt cõmunia.quia vbi eadem fides,eadem q̃q; poteſtas clauium. fidei eñ & petræ datæ ſunt claues,vt pater. Si poteſtatem,iam iterum omnes ſunt æquales eccleſiæ. Quia cuicunq; dicitur a Chriſto,eccleſia mea, ſimul dicitur,ædificabo te ſuper petram,id eſt,poteſtatẽ. quare quælibet eccleſia,hoc verbo erit omniũ prima.quia habet eandem petrã, qua rho,eccleſia,gloriatur eſſe ſe primam. Ita quoq̃ te vertas, ſemper occurrit,& reſiſtit tibi Chriſtus:dum eccleſiã ſuam,ſupra petrã ædificat,nec ſinit vlli particulari eccleſiæ,hanc petram appropriari. Ideo, nec petrum. Vides ergo,q̃d vnicũ illud pronomen,meam,tanq̃ chryſtallus cœleſtis,omnes has decretales infrigidat,vt ante faciem frigoris eius nulla ſuſtinere poſſit.dum cõmunem petrã, cõmunẽ poteſtatem,cões claues,cõem petrũ,& omnia cõia facit. Ita iure diuino, quicquid habet rho,eccleſia,habet quælibet eccleſia, quãtumlibet parua.

Elige, vtrũ mauis, ſuper petrã,aut ſignificat ſuper fidem, & ſic oẽs eccl'iæ ſuper eam ſunt ędificatę, aut ſuper petram ſignificat poteſtatẽ,& ita oẽs eccl'ię ſũt æquales.

Hoc ꝓnomẽ meã, infrigidat feruorem oĩm decre.

Quicq̃d iure diuĩo rho, eccl'ia habet, id eodem iure habet & q̃libet eccl'ia.

Quia ad oĩes dicit,& Paulus.i.Corin.iij. Oĩa veſtra,ſiue Paulus,ſiue Apollo,ſiue Cephe, ſiue mundus, omnia veſtra, vos autem Chriſti.

ESSET ſane ridiculũ,q̃d omniũ eccleſiarũ,idem eſt baptiſmus, eadem euchariſtia,eadem cõfirmatio,idem verbum dei,idem ſacerdotium,eadem pœnitentiæ,vnctionis,matrimonii,& omnia ſacramenta:eadem fides,ſpes,charitas,gratia,mors, vita, gloria: & vna hæc temporalis potentia,vni tributa eſſet,per verbum dei,quod cõmune eſt omnibus.

NOTA

Hæc ratio vl' ſola, aduerſarios nugacitatis arguit

Quare vbicunq; prædica tur verbum dei,& creditur,ibi eſt ve-

Vbi vera fides, ibi & petra, eccleſia, Chriſti ſpõſa & oĩa ſpõſi.

ra fides, petra iſta imobilis, vbi aũt fides, ibi eccl'ia, vbi eccl'ia, ibi ſpõ Chriſti, vbi ſponſa chriſti, ibi omnia quæ ſunt ſponſi. Ita fides omnia ſecum habet, quæ ad fidem ſequuntur, claues, ſacramenta, poteſtatem, & omnia alia.

NOTA

Claues ſunt traditæ, non Petro, ſed eccleſiæ, nõ rhomanę, ſed vñi & cuilibet eccleſiæ.

QVAERO etiã, ſi ſoli ſunt Petro claues datæ, & nõ vniuerſali eccleſiæ, cur nõ vocãtur claues Petri? cur nõ vocãtur claues eccl'iæ rhomanæ? Cur ipſemet põtifex in ſuis literis, vocat eas claues ſanctæ matris eccleſiæ? Aut em̃ hæc vox cõmunis totius eccleſiæ, iniuriam facit rho, eccleſiæ, in ſuo priuilegio, ſibi ſoli attrahẽti claues. Aut rho, eccleſia, ſchiſma quærit, dicens, Ego ſum Cephe, & toti eccleſiæ rapit rem, quã ipſamet cõfitetur cõem. Patet ergo, teſtimonio oĩm publico, nõ petro, ſed eccleſiæ eſſe claues traditas, non rhomanæ, ſed vniuerſali & cuilibet. Præter hæc, vide, quã recte per petrã intelligant poteſtatẽ. Nã, cum ptãs eſſe nõ poſſit, niſi eccleſia ſit prius fundata, quæ accipiat ptãtem, quõ eccleſia ſuper ptãtem, id eſt, prius ædificatur ſuper poſteriꝰ? Deniq;, ptãtem nõ per petrã, ſed per claues chriſtus intelligit, quas eccleſiæ ſuper petram (id eſt fidẽ) prius ædificatæ tradit, vt clare textus ordo ꝓbat. Vides ergo, quam ambitio excæcet oculos mẽtis, vt clauiũ poteſtate nõ contenta, etiã ex petra fidei (quæ eſt eccleſiæ ſubſtantia) poteſtatem faciat.

Anacletꝰ ſeipſum redarguit.

QVOD aũt hic Anacletus rho, ſedem primã vocat, & Alexandrinã ſecundã, & Antiochenã tertiã, ſeipſum iterũ redarguit, non ſolũ, quia iſte ordo iam diu mutatus eſt, verũ etiã, q̃d ſequitur hinc, aut Alexandrinã eſſe iure diuino ſecundã, & Antiochenã tertiam. Aut, nec rhomanã primã. quia eodẽ iure oportet eſſe primã, quo ſecundã & tertiã. At manifeſtũ eſt, q̃d ſecundã & tertiã ſuo iure ordinat rhoma, ergo & ſeipſam primam ſuo iure ordinat.

Errat in hiſtoria.

ERRAT etiã in hiſtoria, q̃d Ignatiũ ſcribit cõſtitutum a Petro Ep̃m Antiochiæ ſibi ſucceſſorẽ, cum in eccleſiaſtica hiſtoria pateat, Enodium Petro, & Enodio Ignatium ſucceſſiſſe. Ideo, nõ eſt credibile, huius canonis autorem eſſe Anacletum.

Vide paleã.

IAM audi iterũ ſecurũ affirmatorẽ, id eſt temerariũ. Inter beatos ap'los, inquit, quædã fuit diſcretio poteſtatis, & licet om̃es eſſent apoſtoli, Petro tñ conceſſum eſt a dño, & ipſi inter ſe voluerunt idipſum, vt reliquis apoſtolis omnibus præeſſet.

Interrogatio Vbi? Ibi, & tu conuerſus cõfirma fratres tuos. Hui, belle

OBSECRO, quæ fuit ita diſcretio poteſtatis? nunquid Petrus ordinauit apoſtolos? nunquid miſit eos? nũquid cõfirmauit eos? Vbi legiſti belua, q̃d a dño cõceſſum eſt Petro habere diſcretam poteſtatem ab aliis? quando hoc ipſi voluerunt?

Duplex eſt primatꝰ, honoris & poteſtatis.

Petrus princeps ap'lorũ,

QVIN hic ſigna. Duplex eſt primatus, honoris & ptãtis. Q̃d Petrus primꝰ fuit in ordine, nemo negat. Nã & inter cardinales, epiſcopos, ſacerdotes, doctores, principes, etiã ſi nullus alteri ſubiectus eſt, tñ neceſſe eſt in cõuentu aliquẽ primo loco ſedere, cum tñ nihil habeat ꝑcipere illis. Ita Petrũ fatemur principẽ ap'lorũ, primũ eccleſiæ membrũ, caput collegii apoſtolici, & alia quæ de eo ſancti patres dixerunt. Ita videmus & rhomanos põtifices ſemper fuiſſe honora-

tos,vt ſucceſſores Petri & primo loco habitos. Et in hoc recte & laudabiliter actũ eſt,& agitur,agendũq; eſt,ſine querela.

ALTER aũt primatus p̃tãtis,nunq̃ fuit petro datus. quia quilibet apl'orũ,ſine autoritate petri p̃dicauit euãgeliũ,ep̃os & præſbyteros ordinauit,in locis ſuis. oẽs a ſolo chriſto ſunt æqualiter miſſi, & immediate. Hunc primatũ iſti honeſtiſſimi canones ambiunt,& verbis dei abutuntur in hanc tyrannidẽ ſtabiliendã. Nolunt em̃ vllum Ep̃m i toto mundo fieri,niſi palliũ & autoritatẽ Rho,põtificis habeat. Et vbi petrus ſeſe nõ extulit ſuper apl'os,ibi vnius apl'i ſucceſſor, longe minor ſuo p̃deceſſore (ſicut Ep̃us apl'o) non contentus honoris primatu,omniũ apl'orũ ſucceſſoribus vult dominari in poteſtate & violentia,ſed non etiam ipſe paſcere. &c.

Ecquid hic Ruffine vides q̃d nolis?

Dñari q̃dem voluit,ſed nõ ipſi paſcere, & animã p̃ ouibus ponere &c.

HANC rationem inuictam oppono omnibus,qui Rho, põtifici adulantur ſuper totius mundi dominio. & expecto cum fiducia, q̃dnam contra poſſint mouere,aut gannire. Qua ſimul fretus,tanq̃ certiſſima,& omnibus notiſſima veritate,cum fiducia proclamo,quod decreta quæcũq; aliter ſtatuunt,nõ modo frigidiſſima ſunt,ſed etiã cõtraria diuinæ ſcripturæ,euangelio & actibus,ep'lis apl'orũ. In quibus tam crebre,tam aperte, Apl'orũ æqualis,& in mundo diuerſa cõmiſſa prouintia deſcribitur: vt ego nõ poſſim ſatis admirari,eſſe potuiſſe vnq̃ tam temerarios adulatores,qui contra hæc fulmina ſcripturæ,fumũ ſuũ terrenũ leuare auderent,hoc ſucceſſori petri ep̃o arrogantes,q̃d nec apl'o petro p̃deceſſori vnq̃ permiſſum eſt. Nec tñ mirarer,ſi id ſolũ arrogarẽt,nec hoc quererer, ſed q̃d huic arrogãtiæ repugnantes ſcripturas maluerint corrumpere,quã repugnantibus tẽporalem hunc poteſtatis primatum cedere.

Pia & fiduciæ chriſtianæ plena p̃feſſio.

Adulatorũ impudẽs arrogatio.

ADDO ad hæc,q̃d nec in hoc recte & euãgelice fit a rho, põtificib⁹,q̃d Ep̃os e rho, eccleſia p̃pagatos,id ẽ,eccleſiã latinã ſic adminiſtrãt,vt ſoli ipſi ordinẽt & cõfirmẽt Ep̃os oẽs. In hoc em̃ nõ Chriſto, ſed ſibi eccleſias chriſti videnẽ arrogare,cũ apl'i Pauli exemplo, deberent etiã aliis cõmittere cõſtitutionẽ Ep̃orũ,videlicet Archiepiſcopis & vicinis. Deberent ergo illos deo cõmittere,& neq̃q̃ cogere, vt pro nouo Epiſcopo ad vrbem mitterent. habet em̃ hoc ſpeciem nõ leuem auaritiæ & tyrannidis, qua dominentur fidei eorũ,q̃d Paulus noluit in Corinthios ſibi vſurpare. Sufficeret em̃ ſemel Ep̃m dediſſe,& deinceps eos gratiæ dei cõmẽdatos propagationi propriæ eos relinquere. aut ſolũmõ curã gerere,ne a fide degenerarent,ſicut apoſtolus in Galatis monſtrauit exemplũ. Nunc videmus prætextu huius beneficii & primatus,oĩm epiſcopatus & ſacerdotia,in voraginẽ rhomanæ auaritiæ rapi,tot ſimoniæ impudentiſſimæ mõſtris, hoc vno operculo tectis.

Fidele & chriſtianum conſilium,

Multa ſimoniæ impudẽtiſſimæ monſtra, vno operculo tegũtur,

SEQVITVR.

ET Cephas,id eſt,caput & principium teneret apoſtolatus. Vel hic locus oſtendit,magis affectu p̃tãtis, quã veritatis ſtudio,hũc primatũ quæſitum, Quõ em̃ tot falſis argumẽtis vterẽtur,ſi ſemel &

Multis eget mẽdaciũ, vt verũ appa‑reat.

Cephe: teſte Hiero: Syrũ uocabulũ, et interpretatur ſoliditas uel petra.

Cephale eſt caput.

ſolidã haberent cauſſam? multis aũt eget mendacium, vt verũ appareat. Itaq; tam inſcius eſt iſte Scenicus & poeticus Anacletus, vt Cephan, caput interprettur, contra euidentiſſimũ & apoſtolicũ teſtimonium Iohannis apoſtoli, qui dicit Iohan. ij. Intuitus eum Ieſus dixit, Tu es Simon filius Iohanna, Tu vocaberis Cephas, q̄d interpretatur Petrus. Pudet me, quod ſuper hoc errore craſſiſſ. tantum negotium ſtruitur. in quo ſimul indiligentes ſe fuiſſe euangelii lectores: IDEO non mirum, quod & falſos intellectores ſe oſtendunt. Melius Leo ſupra petram, ſoliditatem intelligens, Vocabulum Cephe bene nouit. At hic, nec euangeliũ, nec Canones recte intelligit. Eſt aũt Cephe: teſte Hiero: ſyrum vocabulum, ſignificans ſoliditatẽ, quã græcus petrũ vel petrã, id eſt, ſaxum vel rupem firmam tranſtulit. At noſter nugator, cephalen græce, pro cepha Syriace accepit, & tñ inter ſacros canones, vel primus habetur. Nam in decretalibus, q̄s Greg. ix. & Bonif. viij. cõgeſſerunt, huic canoni ſuiſq; ſimilib⁹, autoritas tanta tribuitur, vt vix vna ſit, quæ nõ totũ hunc ſpiret. Prætereo, q̄d deinceps hanc formã ſucceſſoribus traditã fabulatur, ſeruãdã a cæteris Epis, oino aliud nihil quã ambitioſiſſimũ ſpirãs affectũ

Sequitur pulchra ſimilitudo.

Pulchra ſimilitudo.

Moſes et Aaron.

ET NON ſolum in nouo teſtamento eſt cõſtitutũ, ſed etiã in veteri fuit, ſicut ſcriptũ eſt. Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius, id eſt, primi inter eos fuerunt.

Nõ fruſtra hos canones excutit.

Vide nouã grãmaticã.

QVID audio? quã nõ fruſtra hos canones lego, quã egregie diſco ſcripturas intelligere. PRIMVM, qui vnum ſolum ſummum ſacerdotem in veteri lege noui, nunc didici duos fuiſſe primos. SECVNDO, etiã grãmaticã nouam vide, in ſacerdotibus eius, idẽ eſt, q̄d primi inter eos fuerunt, cum hucuſq; hoc verſu pſalmi, intellexerim nihil aliud dici, quã Moſen & Aaron ſacerdotes, vel de numero ſacerdotũ fuiſſe, ſicut Samuel inter inuocantes nomen eius, nihil de primitate vel cogitans. TERTIVM documentũ, q̄d ſummus ſacerdos veteris legis fuerit figura rho, põtificis. Apl'us eñi ad Hebræos, me mirũ in modum decepit, cum vniuerſis eccleſiæ doctorib⁹ docens, nõ rho, pont, ſed Chriſtum ſolum fuiſſe per ſummũ & vnum pontificem ſignificatum.

Sol⁹ Chriſt⁹ ſumm⁹ põtifex ſignificatus.

Hicne de Ruffino diuinat?

VT HOC omittam, quod illis omnia in figura contigiſſe ſcimus, & in nouo teſtamento figuram ille denuo reuocat, vt ſit ſimilis figura vtriuſq; teſtamenti, nihil iam vtrunq; ab vtroq; differẽs. Vror ego, diuinas literas ab his porcis, tam impudẽter cõculcari. præſertim, ſub nomine rho, põtificis, & rho, eccleſiæ.

Similitudo licet falſa, ꝓbatur.

QVID aũt hoc eſt? q̄d duos primos ſacerdotes in veteri teſtamento ſtatuit, magno ſui primatus detrimento? imitare q̄d dicis, & ſi falſum. ſtet ſimilitudo, & da etiã nunc duos primos. quomõ vnum primum probabis per duos primos? Vides ergo hos homines, eos fuiſſe, qui ſimplicitate fidei noſtræ abuſi, auſi ſunt ſtatuere, quicquid vel ſomniare potuerunt.

IN FINE concludit, & eadem dexteritate rho, eccleſiam cardinẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vocat,in quo omnes eccleſiæ reguntur,domino diſponente. & tandem ſit finis hic.Nam cæteri canones,qui eadem ſpirant,horũ nimirum influxu infecti, ſic ſpirãt.

NON poſſum aũt omittere,quin & decretalem,vel vnã adducã, vt appareat,quid proſit eccleſias regere,& ſcripturas ſacras nõ intelligere.Sunt em̃ & decretales,quã plurimæ frigidiſſimæ. hæ maxie, quæ maximæ ſunt in vſu. TRANSEO illam de cõſtitutione.c. tranſlato,quã puto ſic a me vindicatã antea,vt neceſſe non ſit repetere. Aſſumo onus illud.c.ſignificaſti de elect. vbi Archiepiſcopus Panormitanus cum rege & regno Siciliæ iuſtiſſime mirati,q̃d pallium accepturus exigeretur iuramentũ.& vbi pulchra modeſtia, contra hanc infœliciſſimã exactionem,adduceret præceptũ Chriſti & ſtatuta conciliorũ,talem accepit reſpõſionem & interpretationẽ ſcripturæ ſanctæ a Paſchale rho, põtifice,hoc eſt a Notariis rhomanis.

Sunt & decretales aliq̃ frigidiſſimæ

In Actis.

Panormitanus.

MIRENTVR:inquit:dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum ouium ſuarũ curam Petro cõmitteret,conditionem appoſuit,dicens.Si diligis me,paſce oues meas &c. ADEO percuſſi ſunt papæ & rhomanæ Curiæ proceres vnius huius Epiſcopi interrogatione,vt quid reſpõderent,nõ inuenirent:donec ſpiritus domini eos huc rotaret,vbi omnibus oſtenderent,in lege domini,nec voluntatem, nec meditationem eis fuiſſe. Agam interim partes Archiepiſcopi.

Si diligis me, paſce oues meas.

Si exẽplũ Chriſti placet & valet apud te,o Paſchalis,cur nõ imitaris? Si nõ placet,cur adducis? cur tu q̃q; non cõtentus quærere,an diligat Chriſtum,ſine iuramento cõmittis oues Chriſti? Cum placeat exemplũ,cur non ſufficit & conditio? an melior & ſanctior eſt cõditio iuramenti,quã amoris? An plura ſperas eum facturum,qui coactus iurat,quã qui ſponte amat? Chriſtus ſoluit Petrum a lege & coactione voti & iuramenti,ſolam libertatis & charitatis in eo quærit fidem. Et tu libertatem tollens,lege iuramenti cogis: vbi eſt exemplum Chriſti? vbi conditionis ſimilitudo? Eſt per verbum diligere, intelligendum iuramentum?

Exemplum Chriſti probãs, etiã imitetur.

Chriſt⁹ ſolã libertatis & charitatis fidem in Petro quærit.

Nunquid Chriſtus a Petro iuramentum exegit pro rho, eccleſia? Quid hoc ad oues Chriſti,q̃d tibi iuratur,& eccleſiæ tuæ? Tuæ ſunt oues,an Chriſti? At tu optime pater,an Chriſtum diligat, prorſus nihil curas:ſordet hæc tibi,vt viliſſima cõditio:tibi vt fidelis ſit,iuramẽto aſtringis. Adhuc ſtat interrogatio Archiepĩ, non ſatiſfeciſti.

Tuæ ſunt oues an Chriſti?

ADHVC quæritur,quo iure,hanc fidelitatẽ extorqueas. Tua reſpõſio,profundius te mergit & capit. Deinde,cui quæſo,tu iuras fidelitatem? Cur facis & imponis alteri onus,q̃d digito non vis mouere,cõtra,& charitatem,& legem naturæ?

Cui tu iuras fidelitatẽ?

DEINDE,adhuc quæſtio etiã illa ſtat. Cur præcedentes põtifices nõ exegerunt iuramentũ? Cur alii non præſtiterunt? vnde noua iſta exactio? vis dicam? Ex malæ fidei poſſeſſa poteſtate: conſcientia metuit,iuſticia nõ ſuffragatur. Ideo quæritur vtcunq; ſolatiũ & firmamentum.

Hæc diligentiſſime obſerua.

ITAQVE hodie põtificari nõ licet,niſi iures rho, põtifici fi-

Nihil noſtro ſeculo cũ conditiõibꝰ chriſti.

delitatẽ.Iurata aũt fidelitate,mox dignus es põtificari,ſiue diligas,ſiue paſcas.has em̃ cõditiones Chriſtus requirat,quid de iis noſtro ſeculo?nec hoc curetur,an ſanctus,doctuſq; ſit,an minus.ſolum ſit ſeruus rho,eccleſiæ.Nõ licet Chriſto libertatis Magiſtro ſeruire,niſi primum fias iuratum mancipium rho,curiæ.

SATIS eſt ab exemplo Chriſti didiciſſe,quãlibet conditionẽ fratribus etiã iniquiſſimã,imponere pro libito.Ipſam vero Chriſti conditionem,ne ſyllaba quidem meminiſſe.

Nullus ẽ rho,põ,niſi diligat & paſcat,ex ſẽtẽtia Paſ.

Vide, vt vrgeat.

O dolor, o pietas.

SED reſponde adhuc ſemel,Paſchalis,tuo te iudicio peto.Si chriſtus conditionẽ ibi poſuit,vt dicis,iam tuo ore definimus,Nullũ eſſe rho,põtificem,niſi diligat ac paſcat:quia pactũ & cõmiſſio conditionalis,ſi conditio non ſtet,non valet. Tuo ergo enthymemate vtar. Archiepiſcopus Panormitanus ſine cõditione iuramenti præſtiti in facto, non eſt Epiſcopus. Ergo nec tu Papa,niſi in facto primũ præſtes cõditionem amoris & paſcuæ.Quæ ſi vera ſunt,iam in ſexcentis annis non habuimus papam.Nullus em̃ docuit nos verbum dei. nec ſufficit,q̃d promittas te amaturũ,quia tibi nõ ſufficit promiſſio iuraturi.Sed ſicut tu a fratre exigis conditionem in facto,ita nos noie Chriſti maiorem hanc cõditionem exigimus in facto,aut tua autoritate papam negamus. Quid hic facies?vides ergo, quã impatiẽs ſit ſcriptura corruptionis,quã vanos oſtendat eos qui ſe maculant.

Feſtucã fratri eruens, ſuas trabes oñdit.

Noluit Paſcalis vinci interrogatione,nec male egiſſe videri,& ignarus ſeipſum toto põtificatu indignũ redarguit.dumq; feſtucam fratri eruit,trabes ſuas nobis oſtendit.Iſta eſt ergo paſtura,q̃d rho, omnia ſibi inflectunt,omnibus omnia imponunt,omnibus ſe ſubtrahunt, & q̃d atrocius eſt,non ad chriſtum,ſed ad ſeipſos nos cogunt.nõ exigunt conditionem,qua chriſti libertatẽ ꝓmittamus,ſed qua ſibi ſeruitutẽ iuremus.

Miſeria eccleſiæ.

Quæ aũt maior miſeria eccleſiæ,quã nõ amore, ſed vi cõglutinari?pontifices nõ beneuolentia, ſed poteſtate imperare? Subditos nõ amore,ſed odio & timore coactos ſeruire?

Applicatio ſimilitudis.

Sed ſequitur digna applicatio ſimilitudinis.

Si conſcientiarũ factor & cognitor ſecretorũ,cõditione hac vſus eſt,nec ſemel tm̃,ſed & ſecundo, & vſq; ad cõtriſtationem,qua nos oportet ſolicitudine,tantã eccleſiæ prælationem imponere fratribus, quorum conſcientias non videmus?

Ironicos.

Chriſtꝰ, qui animã ꝓ ouibꝰ poſuit nõ exegit iuramentũ a Petro.

NEC mirũ certe,quia Petrus,Paulus & alii apoſtoli,nõ erant tam ſoliciti,tanta ſolicitudine,quanta nunc ſunt Rho. Deinde, quia cognouerunt forte cõſcientias illorũ,quos ſacerdotes conſtituebant, nec exemplũ chriſti adeo curauerunt. Nõne hoc eſt ſeipſum ridere? Sed nec chriſtus,cuius oues ſunt ꝓpriæ,licet pro eis ſe traderet,nõ tñ fuit tam ſolicitus,vt iuramentum a Petro exigeret,ſed velut dormitans,dilectionem tantũmodo,rem ſane leuiſſimã exegit. Quandoquidem,niſi iuramẽtũ Paſchalis charitati præponeret,ſine dubio exemplo chriſti cõtentus eſſet,nec ſe oportere magis ſolicitũ eſſe quereretur,quã chriſtũ ipſum,qui & Iudam præpoſuit ouibus paſcendis, quem malum eſſe nouit,atq; id ſine conditione. Vides em̃, vt arguis

a minori, Chriſtus exegit, quanto magis nos. quaſi vero hoc aliquid ad rem pertineat, q̄d chriſtus cōſcientias nouit, rho, pōtifex nō nouit: cum chriſtꝰ exemplū in hoc oībus p̄buerit imitandū. deniq; & nos nō nouimus cōſcientias rho, pontificis, iuret ergo & nobis cōditionem, Chriſti ſalutem.

ITERVM quæro, Si ignorātia cōſcientiarū ſola eſt cauſa exigendi iuramēti, Cur nō cogis, vt iuret ſe recte iuraſſe, idq; ſine fine: cum in nullo iuramēto cōſcientiā eius noſcas, recte ne iuret, an ſecus? Si aūt ignorātia iſta cōſcientiæ, nō mouet ad exactionē iuramenti, qua fronte ignorantiā cōſcientiarū pro cauſa adducis? Quæ eſt iſta mirabilis in vno hoīe ſuper eodē hoīe, patientia & impatientia ignoratæ cōſcientiæ? Si accepto iuramento, tantā adminiſtrationē ei cedis, cur nō q̄d leuius erat, iuramentū cedis? An putas q̄d maior res ſit iuramentū tibi præſtitū, quā tantæ eccleſiæ adminiſtratio?

Exigendi iuramēti ratio infinita.

Nō eſt tanti iuramentū, quāti eſt eccleſiæ adminiſtratio.

AD hæc, ignorata cōſcientia debuit te quā tutiſſimū facere ad imponendam prælationem, vt eo magis relinqueres iuramenū, quo minus conſcientias noſti, ne forte ad periuriū eum cogeres. Gaudendum tibi fuit, hanc tibi a chriſto relictam libertatem, vt poſſis eis oues committere, quorum corda non noſti. Nunc per iuramentum ſecreta exploras, aut in periculum fratrem adducis, quorum vtruncq; grauiſſimum eſt, Idq; ſine cauſa. nec propter deum, ſed propter fidelitatem rhomanæ eccleſiæ.

Eo magis iuramentū relinquēdū, q̄ minus cōſcietiæ notæ.

DEMVM, ſi ignorantia eſt cauſa iuramenti, ſequitur, ſi ſcires cōſcientiam, male te exegiſſe iuramentum. At, cum quiſq; de quolibet debeat optima præſumere, & charitatis ſit omnia credere, hæc ipſa fides de fratris bonitate, certior eſt omni ſcientia, q̄d etiā ſi ſcires, diu ſcire non poſſis, credere aūt ſemper poſſis

Quiſq; de q̄libet optima debet præſumere.

VLTIMO, Nunquid poſt iuramentū noſti eius conſcientiam? cur ergo nō toto tempore tibi iurat, qui toto tempore cauſſas iuramenti tibi præſtat? Hæc dixi, vt videamus quid ſit verbo dei nolle cedere, & ſcripturas ſuo ſenſui aptare. quomō ego ſperem apud rho, pont, eſſe ius interpretandæ ſcripturæ, qui tam manifeſte ſcripturas in alieno ſenſu tractant? Vel, quid non obtineant in terra rho: Quid non audeant eorum nomine adulatores, ſi hæc perſuaſio eorum nos cœperit & euerterit, non licere ſcilicet eorum dicta cum iudicio legere, & eis ſolis interpretandæ ſcripturæ iura cōceſſa eſſe. Tunc em̄ (vt Aug, verbo vtar) vere ſine periculo primatus huius in eccleſia luditur: ſed mirum, ſi nō deo & nobis illuditur. Abſit, abſit, iſta plus quā Babylonica captiuitas.

Cur hæc dixerit.

Quid nō audeant adulatores, ſi non licet pō, dicta cū iudicio legere?

Sequitur nunc oppoſitorū diſſolutio.

Aiunt omne iuſiurandū a dn̄o in euāgelio eſſe prohibitū, nec ab ap̄lis poſt dn̄m, nec in conciliis inueniri poſſe ſtatutum.

Aiunt omne iuramentum prohibitū.

HIS ictibus inſuperabilibus proſtratus, quid dicat, audiamus. Quid eſt ergo, quod dominus ſubſequenter ait, Quod amplius eſt, a malo eſt? hoc enim amplius, vt exigamus malum, nos illo permittente compellit.

Q̄d amplius eſt a malo eſt.

Quod ampli⁹ eſt a malo eſt, id eſt, non debet fieri,

QVOD Chriſtus prohibet & negat, hic affirmat & præcipit. Chriſtus dicit, Quod amplius eſt, a malo eſt, id eſt, nõ debet fieri. loquitur em̃ de pronitate iurandi, ſine neceſſitate fratris, hoc eſt, de libidine iurãdi, ſicut mulierem cõcupiſcere prohibuit, qui tñ debitũ coniugibus reddendũ non prohibuit. Ita libidinẽ iurandi, nõ iuramentum debitũ prohibuit. Hic dicit, hoc amplius cogit nos, id eſt, fieri omnino oportet. Sed audiamus hoc malũ, quod nullus in verbis euangelii cogitauit vnqꝫuam.

NONNE malum eſt (inquit) ab eccleſiæ vnitate, & a ſedis apoſtolicæ obedientia reſilire, & cõtra canonũ ſtatuta prorumpere, q̃d multi etiã poſt præſtitum ſacramentũ præſumpſerunt?

EGO putabam, q̃d hoc malum eſſet interpretatur⁹, nõ diligere Chriſtũ, nõ paſcere oues, & harum ſolicitudine, exemplo Chriſti torqueri ad iuramenti exactionem. Verũ, hæc Chriſtus a Petro requirat. hodie curandũ, ne ab obedientia ſedis ap̃licæ reſiliant Epiſcopi.

Cur nõ i om̃i p̃cepto exigis iuramentum?

TVNC ego, Ep̃us meus nõdum quicq̃ illorum malorũ fecit, vt quid ergo exigis iuramentũ? An q̃d ignoras eum nõ facturum? Cur nõ in omni præcepto dei exigis iuramentũ? cur hic te non compellit malũ? an nõ eſt malum a præceptis dei reſilire? Quin eccleſiam reples, nõ niſi iuramentis. Si aũt in dei præceptis tam patiens es, vt te tot mala, quæ in proſpectu dominãtur, etiã in domeſticis tuis, ad iuramentũ non cõpellunt, quomõ in tuis præceptis, mala, nec præſentia, nec forte vnq̃ futura, te compellunt? Nonne perſpicuũ eſt fit, q̃d

Amor ſui.

amor ſui, quo magis ſeſe venuſtat, magis ſeipſum ꝑdit? Prorſus nulla reliqua eſt ratio, quin ſi in tuis præceptis iuramenta exigas ꝓ tuo

O oculus ambitõis & auariciæ,

cõmodo, multo magis exigas pro dei cõmodo. aut ſi hic non facis, nõ ſine culpa ibi facis. Habes ergo malũ, q̃d rho, in euangelio intelligunt, q̃d eſt ſuſpitio mala de fratribus bonis. nam trãſgreſſiones mãdatorũ dei, an malæ ſint, alii viderit. O ocul⁹ ambitiõis & auaritiæ.

SEQVITVR.

HOC nimirũ malo ac neceſſitate cõpellimur iuramentũ pro fide, pro obedientia, pro vnitate requirere.

Quare exigatur iuramentum.

NVNQVID etiã pro fide Chriſti, pro obedientia dei, ꝓ vnitate fratrũ? Nõ, ſed hoc vnũ eccleſiæ bonũ & neceſſariũ eſt, vt Rhoma ſecure dominetur, & cæteræ oẽs ſeruiant captiuitatem.

Chriſtiani in India.

PROINDE, chriſtiani in India, adhuc magno malo laborant, ita ſuſpitio peſſima de optimis fratribus eſt cauſſa exigendi iuramenti. quam tamen non habent in præceptis dei, in quibus præſumunt omnia ſeruari.

ETIAM hic vnitatem eccleſiæ fidem & obedientiã rho, eccl'iæ intelligit, non fidem, ſpem, charitatem, ſacramenta, verbum, & cætera quæ eadem ſunt, ſed hoc ſingulare, q̃d nulli eccleſiæ cõuenire volunt, niſi ſuæ, & tñ vnitatem vocant. Sola rhomana eccleſia hoc ha-

Rhomana eccleſia.

bet hodie vel ſummũ bonum, & tñ cæteræ omnes in eo ipſo conueniunt q̃d nõ habent: & fiunt vnum in re nõ cõmuni, ſed ſingulariſſima & vni homini tributa, Sic em̃ diſcenda ſunt noua vocabula no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtris temporibus in ſcripturis & eccleſia dei. Quanto rectius Cyprianus vnitatem hanc charitatem intellexit, ſicut & Chriſtus rogauit Iohan. xvij. vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus, vnū (inquit) in nobis, non in eccleſia Rho.

Cyprianus vnitatē hāc, charitatē intellexit.

IN FINE.

Aiunt in conciliis non inueniri ſtatutū. quaſi rho, eccleſiæ legē concilia vllam præfixerint, Cum omnia concilia per rho, eccleſiæ autoritatem & facta ſint, & robur acceperint. Et in eorum ſtatutis, patēter excipiatur rho, pontificis autoritas.

De cōciliis.

Quis hæc ferat quæſo? Nunquid Nicenum conciliū robur accepit, aut factum eſt autoritate rho, eccleſiæ? nūquid & multa alia per Auguſtinum, & olim Cyprianum in Aphrica habita? Deniq; etiam ſi ſtatuta exciperent rho, ponti, tamen ipſe debet nolle excipi, pro ædificatione eccleſiæ. Hic autem gloriatur ſe nemini quicq̃ debere, vt & deus ei nihil debeat.

Nicenū cōciliū nō eſt autoritate rho, eccleſiæ coactum.

EGO ſane, Archiepiſcopo Panor, non tam duro & fragoſo plenoq; cōtētionis & tumoris rn̄diſſem ſermone, q̃ furor & odium ſuſcitatur, ſed dixiſſem. Suſtine frater interim, res magna eſt, tua ſolius gratia, hæc tam ſubito caſſare, quæ nos non ſtatuimus. Sic enim pax & charitas aleretur. At iſta decretalis, meram ſuperbiam, & præfractam fiduciam ſpirat.

Panor. Archiepiſcop⁹.

ADIICIAMVS & alterā decretalem, quo firmius probemus, nō eſſe ſolis pontificibus rho, ius interpretādi ſacras literas, nec oportere captiuos eſſe chriſtianos in eorum verba, ſed cum libero iudicio omnia eorum legenda.

Cum iudicio etiā pontifices legendi.

DE maioritate & obedientia Cap. ſolitæ. vbi, cum imperator Conſtantinopolitanus obiecisſet rho, pontifici verbum Petri, ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ &c. quo voluit patriarcham Conſtantinop, ſibi inferiorem facere. Reſpondet Innocentius tertius, ſiue q̃ſquis fuerit, familiaris ei⁹ ſcriba, p̄rſus ignarus ſacrarū lr̄arū dicēs,

Imperator Cōſtantinopolitan⁹, obiecit rho, pōt, verbū petri, Subditi eſtote &c.

Reſpondet Innocēti⁹ tertius.

Verum, ſi perſonam loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis attendiſſes diligentius, talem ſcribentis non expreſſiſſes intellectum.

Vide quæſo paſtorem hunc ouium Chriſti, qui interpretaturus verbum dei, parat perſonarum differentias afferre. cum verbum dei nihil æque impugnet, atq; reſpectum perſonarum. Non eſt enī acceptio perſonarum apud deum, ſed quicquid præcipit, omnibus præcipit, magnis & paruis. Sed age, videamus quā loquentis perſonam hic nouus aduehat ſcripturæ interpres.

Vide quæſo hūc paſtorē.

De⁹ nō reſpicit perſonas, ſed q̃cq̃d p̄cipit, omnibus præcipit

Scribebat enim Apoſtolus ſubditis ſuis, & eos ad meritum humilitatis prouocabat.

Sic habes loquentis perſonam, & eorum ad quos ſcripſit, id eſt,

maioris & minoris. Deinde vim locutionis, quæ eſt, prouocatio ad meritum humilitatis. hæc ille. Principio, quid noui quæſo hæc affert interpretatio? Quis vnq̄ præcipit aliis, aut docet alios, quam ſubditos ſuos? Quid ergo neceſſaria eſt diſtinctio perſonarum, ad intelligendum hunc ſolum locum Petri, præ cæteris eiuſdem, & omnium doctorum ſcripturis? An in cæteris, ſubditi docent maiores, diſcipuli magiſtrum, gentes Apoſtolum? VERVM, ſic oportet loqui ne taceant, qui vel peſſimam cauſſam tuentur, vel ignari ſunt literarum ſacrarum.

Quid fefellerit Innocētiū

fallit autem hunc locutorem, quod verba Petri, interim arbitratur eſſe iuris ſui humani, in quibus aliquando maiores ſtatuunt pro inferiorum ſalute, quæ ipſos non tangunt. Atq; hoc nimirum eſt, quod ex diuino præcepto Petri, nobis conſilium facit, dicens, eum prouocaſſe ſubditos ad humilitatem, videlicet non præcepiſſe, nec conſuluiſſe: ſed tanq̄ ad humilitatis ſupererogatum (vt vocant) meritum prouocaſſe.

Vim in locutione dei paſtores inueniunt.

Hãc ſcilicet vim in locutione dei, inueniūt paſtores ouium. cum Petrus præcipiat, præceptum diuinum & neceſſarium addens, Sic eſt voluntas dei.

Senſus Innocentii.

SEQVAMVR tamen ſenſum eius, qui eſt, hac locutionis vi diſtinctis perſonis, non Petrum, non ſucceſſores eius, non rectores in eccleſia: ſed ſubditos tantum ꝓuocari ad ſubiectionem. videamus quid ſequatur. PRIMO, Petrus & pontifices ſunt exemptia præcepto dei, non decet eos obedire deo, ſed ſolos ſubditos. & cū ius ſeu verbum diuinum omnibus præfigatur, magnis & paruis, nullumq; ſinat exceptum, Notarius tamen papæ, poteſtatem habet excipere quos volet.

Per decretales non raro extinguitur euãgeliū, per verbū hūanū, tolliť diuinum.

Ita vides, per decretales extingui euangelium, per verbū hominis, tolli verbum dei. & hoc monſtrum adoramus chriſtiani in eccleſia Chriſti, pro verbo dei. QVIS quæſo non vratur?

Pro verbo dei vritur, & vehementer vrget.

QVIS autē ita inſaniret alius, vt Petrum hanc ſubiectionem ſubditis impoſuiſſe ſua autoritate, crederet: quo ſe ipſe ab eodem præcepto eximeret? Hoc ſi fecit, aliud docuit verbo, & aliud monſtrauit exemplo: hoc eſt, deſtruxit quæ docuit. An oportet, ſubditos Petri & ſucceſſoris, eſſe ſubiectos cæſari: ipſos vero contrario exemplo idem eiſdem diſſuadere? An, non Petrus fuit ſubdit9 poteſtatibus, ſicut docuit? Non fuit Chriſtus ſub cæſare? Nōne omnes Apoſtoli & ſancti?

An aliud ſunt pontifices quã chriſtiani? acerba conceſſio.

An rho, pontifici non licet ꝓuocari ad meritum humilitatis? Huic ſoli licet erigi in peccatum ſuperbiæ? Itaq; aliud iam pōtifices ſunt, quã chriſtiani: quoniã lex chriſtianorum eos non ligat. alio eunt ipſi, alio eorū ſubditi. alio paſtores, alio oues. alio duces, alio greges. noua certe ratione, ducendi, paſcendi, regendi. Non iam dicant, venite, ſed, ite. nō præcedant, ſed tantūmodo, dimittant populū in mandatis dei.

Si iſta ſapientia ꝓcederet, eleuaret vniuerſam Petri autoritatē

QVOD ſi in hoc loco iſta ſapientia valet, valebit & in omni alio præcepto Petri, vbi docet fidem Chriſti. euacuabiturq; vniuerſa autoritas Petri: quia vbiq; dicetur, hoc ſubditis præcepiſſe, nō ſibi nec ſucceſſoribus. quandoquidem, non niſi ſubditis loqui potuit. Dicamus ergo & hic, ſi loquentis perſonã attendiſſes, & eorū ad quos loquitur, non ita expoſuiſſes intellectum eius, quia loquitur ſub-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ditis ſuis,& eos ad meritum fidei,ſpei,& charitatis ꝓuocat: ſeipſum & nos exemptos voluit. Et recte. ſic enim hodie attendunt diligentiſſime Rhomani loquentis ſui Petri perſonam, vt eis licere nihil eorum ſeruare, quæ ille locutus eſt, intelligant: ne Chriſto quidem credere, & chriſtianos eſſe ac viuere: vt reiecto verbo chriſtiano Petri, digni fiant hac decretali chriſtiani. qualis lex, talis & populus.

Expẽde Romanẽ. morem.

Qualis lex, talis & ppl's.

VBI ergo manebit, q̃d in omnibus quæ docentur in ſacris literis, oportet primos eſſe põtifices: & lucem mundi, vt videantur eorum opera ab hominibus? Quid? ſi ſubditi dicãt, aliud nec facere, nec debere poſſumus, quã a paſtoribus noſtris fieri videmus? vbi tunc manebit verbum Petri? vbi tunc eorum perſona, ad quos loquitur? Quando ſubditi maiorem cauſſam habent illud reiiciendi: eo ipſo, quo vident, ipſum non modo nõ ſeruari, ſed etiam reiici ab iis, quorum exemplo viuere debent. vix me contineo, ne decretalem hanc impiiſſimam & peruerſiſſimam dicam blaſphemiam.

Quid? ſi ſubditi dicãt, aliud facere, nec debemꝰ, nec poſſumus, q̃ q̃d paſtores.

Aegre ſe continet, ne hãc decretalẽ ipiiſſimã dicat blaſphemiam.

Sed iam cognita & perſona loquentis & audientis, & vi locutionis, proſequamur, quomodo hæc exequatur.

Nam ſi per hoc, quod dixit, ſubditi eſtote, ſacerdotibus voluit iugum ſubiectionis imponere, & eis prælationis autoritatem auferre, quibus eos ſubiectos eſſe monebat, Sequeretur ex hoc etiam, quod ſeruus quilibet in ſacerdotes imperium accepiſſet, cum dicatur omni humanæ creaturæ.

Quã amarũ verbum, ſubditi eſtote, vnde & repetit quã poteſt odioſius: appellans iugum ſubiectionis, contra autoritatem prælationis, & ſerui imperium velut querulans. Deinde, monebat (inquit) exhorrens præcepti vocabulũ aliud nihil ſpirans, quã ne cogatur ſubeſſe vlli hominũ: ſed vt liceat omnibus præeſſe. aut ſaltem, vt conſilium ex præcepto faciat.

Amarũ verbũ eſt ſubditi eſtote, ſed tñ ap'licum.

QVALE aũt eſt incõueniẽs, eſſe ſacerdotem ſubiectum ſeruo? Nõne Chriſtus in medio omniũ venit miniſtrari, & formam ſerui accepit? An hæc ꝓuocatio ad meritum humilitatis non niſi ad ſubditos Chriſti pertinet, cuius Rho. põtifices nolunt eſſe ſubditi? Chriſtꝰ iuſſit nouiſſimo loco ſedere. Et Petrus omnes iubet inſinuare humilitatem. Et Paulus, Superiores inuicem arbitrantes, & honore præuenientes. Verum, hæc ſubditis ſuis dixerunt perſonæ loquentium, et alia ſecutæ ſunt.

Quãto quiſq; eſt maior, tãto ſubmiſſiorẽ ſe debet gerere, magiſq; ſubditis inſeruire, exẽplo Chriſti.

Quanquã, de hac ſubiectione, Petrus hoc loco nõ loquatur, quæ mutua humilitate ſpiritus in chriſtianis regnat: ſed de ea, qua ſubiiciebãtur ꝓphanis magiſtratibꝰ, p̃ſidibꝰ, iudicibꝰ: quos ptãs Rhomani imperii ordinauerat. Hanc em̃ cõſtitutionẽ vocat Petrꝰ creaturã humanã: q̃d per hoĩes creent̃ ii mgr̃atꝰ. At hic decretaliſta, nec vocabula ſcripturæ intelligit, & audet eã interp̃tari. Eſſe aũt creaturã hũanã

Creatura humana apud Petrum.

(id quod dixi potuiſſet intelligere(ſi tam ſenſum Petri,quã ſuã ambitionem quæſiuiſſet)ex mox ſequentibus.vbi Petrus diſtribuens per ſingula,quæ in collectione dixerat,ſeipſum exponit,omni inquã creaturæ,ſiue regi,ſiue ducibus,q.d.Ideo dixi omni creaturæ & omnibus hominũ ordinationibus ſubiici:ne qui veſtrum ſe aduerſus minores præſides eleuẽt, quaſi tantũmodo regi obtemperaturi: ſed etiam miſſis ab eo, date,facite,ſeruate,quæ,danda,facienda,ſeruanda ſunt,Quo mõ Rho.xiij.Cui honorem,honorem:cui timorẽ, timorem:cui tributum,tributum.Non ergo de cratura dei loquitur, quã Innocentius in ſuis opinionibus cogitat, Sed de creatura humana:vt verba expreſſe ſonant:qualis non eſt ſeruus,quem timet imperium accipere ſuper ſacerdotes. licet:iuxta euangelium;cuius ſeruo nos oporteat ſubmitti.quin totum hoc verborum cahos Innocentii, & nihil facit ad rem, & inſcitiæ ſuæ dumtaxat teſtimonia ſunt.

Aliud eſt creatura,q̃ Innocenti⁹ hic cogitat.

SEQVITVR.

Quod autem ſequitur,ſiue regi tanquam præcellenti. Non negamus,quin præcellat Imperator in temporalibus:illos dumtaxat,qui ab eo ſuſcipiunt temporalia.

Si quæras verborũ petri ſic tortorũ rationem, rñdebit. Sic volo,ſic iubeo,ſit ꝓ ratione voluntas.

Hic ſi quæras,qua autoritate verbũ Petri ſic coartet:& quod omnibus dictum eſt,ad aliquos dumtaxat deprauator aptet:reſpondebit aliud nihil,quã ſic volumus:noſtro verbo credi f as eſt: etiam plus,quã expreſſo textui verborum dei.

Decretaliſta relicta ſẽtẽtia petri,anxie de ꝑcellẽtia regis & põtificis agit

PRIMVM.hic ſcriba laborat,vbi non vrgetur.& fugit,nemine perſequente,ſcilicet mala fide,& conſcientia vexatus. Petrus dicit,regi ſubdi debere tanq̃ præcellenti. id eſt,qui ſit primarius & pluſquã duces ab eo miſſi. At decretaliſta,vocabulo præcellenti, male tactus:timens,ne præcellentiã ſonet imperatoris ſuper pontifices,anxie occurrit:& de præcellentia regis & pontificis, longe extra ſententiã Petri diſputat.non aduertens verbum Petri,qui nõ mõ regi præcellenti:ſed etiam ducibus ab eo miſſis,obtemperare præcipit. immo,omni creaturæ humanæ:de quibus nihil eſt ſolicitus decretaliſta.quia verbum præcellentiæ in ducibus,& creatura humana nõ ſonuit terribiliter in auribus eius.Breuiter,ne dictionem vnã quidẽ in Petri hac autoritate intelligit is:quiſquis eſt:ſcriptorculus Rhomanus.& contendit tamen omnes oues Chriſti docere.

SED SEQVAMVR EIVS FVMVM.

Imperator in tẽporalibus, oĩbus etiã ſacris ꝑcellit, idq; iure diuino.

Dico,Imperator in temporalibus omnibus præcellit, etiam ſacris:idq; iure diuino,vt hæc Petri verba cogunt.tũ,quia in arbitrio eius eſt,& ſunt creaturæ humanæ,poteſt hanc præcellentiã ipſe ſponte,vel retinere,vel dimittere,& in vtroq; habet ius diuinum. Sic a Conſtantini tempore,non autoritate põtificũ,ſed imperatorum,creaturis humanis,data eſt libertas,perſonis & rebus eccleſiaſticorum.

nec poteſt ad hoc vllus reſpōdere aliud q̄d valeat. Vnde,ſi imperator vel duces rurſum hæc reuocent,quæ ſua autoritate donarūt,non poteſt eis reſiſti ſine peccato & impietate. QVARE,nihil hic facit deprauator:dumtaxat eos imperatori ſubiiciens,qui temporalia ab eo ſuſcipiunt,aperte & temere verbum Petri diſcerpens. A quo, rogo,habet ipſe temporalia? A diabolo,vel rapina? Et vbi eſt, quod ſupra dixit,perſonā loquentis attendendā q̄d Petrus hæc ſcripſerit ſuis ſubditis:Qui ſunt Petri ſubditi? An ſoli laici? Cur ergo oēs oues Chriſti ſibi cōmiſſas in Petro iactat? Ergo oēs oues Chriſti, id eſt, omnes ſubditi papæ,ſiue laici,ſiue clerici:ac per hoc, & ipſe dux ac paſtor,& arietes gregis,ſubditi ſunt imperatori & ducibus.Sic enim ipſius met decretaliſtæ huius verba ſibi collata cogunt. Aut ergo, nō niſi clerici ſunt oues Chriſti Petro cōmiſſi,aut clerici ſubditi ſunt imperatori ſimul cum laicis.quia omnes Petro ſubditi,ſubduntur a Petro imperatori & ducibus.

Licet imperatoribus, q̄ ſua autoritate donarunt pō.ꝓ ſua voluntate repoſcere,nec pōt eis ſine peccato reſiſti.

Oēs,ſiue laici,ſiue clerici, ſubditi ſunt imperatori & ducibus.

Sed pontifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tanto ſunt digniora, quanto anima præſtat corpori.

Et cur hic nō additur,dumtaxat illos,qui ſpiritualia ab eo ſuſcipiunt? Nempe,q̄d in temporalibus excellere vult,ne imperatori vlla parte cogatur ſubdi,quem Petrus in totum ſubdit imperatori:ita cogitur ſacrum & tremendū verbum dei poſtremo loco ſedere,& noſtris affectibus cedere. Sed dicito.

Feſtiua interrogatio, & vera rn̄ſio.

Tremendū dei verbum noſtris affectibus ſeruire cogit̄, ſed nō ſine noſtro malo.

AN PETRVS ignorabat,ſpiritualia præcellere temporalibꝰ? Cur ergo ſeipſum & omnes ſubiicit temporalibus adminiſtrationibus? Verum,illud longe ſirauius.Subditi Petri & papæ ſunt ſpirituales,ideo nō ſubditi imperatori.ex quo ſequitur,q̄d laici,quia ſpirituales non ſunt,nec ſubditi Petri,non ſint oues Chriſti:quia has omnes Petro ſubiecit.Cum aūt Petrus:hoc autore decretaliſta: ſuis ſubditis hæc ſcripſerit,ſequens erit,ſolos clericos debere, & nullos laicos, ſubeſſe imperatori.aut:q̄d maxime horrent:non omnes oues Chriſti per mundū,ſub Petro ſunt.aut,omnes ſubditos eſſe oportet æqualiter ſpirituales,ſi omnes oues & ſubditi ſunt Petro.ac per hoc diſtinctio iſta temporaliū & ſpiritualiū,prorſus corruit.Quid aliud mereatur,qui ſacras literas,humanis traditionibus tractare & cōtaminare audet,quā vt in hæc monſtra cōfuſionis & cōtradictionis ruat? Non ergo alii ſunt ſubditi papæ & imperatoris,niſi quantū donauit imperatoris conſtitutio & creatura.hoc verbo Petri & iure diuino omnes ſubiicimur gladio & poteſtati mundanæ.ſicut & Rho. xiij. & Tit.iij.ſcribitur.Omnis(inquit)anima poteſtatibus ſublimioribꝰ ſubdita ſit.Non ſine cauſa gladium portat,miniſtra dei eſt,tibi in bonum.Credo,qui omnis anima dixit,nec animā pōtificis, nec ſuā ipſius exceperit. Sed perpendamus ſingula, vt videamus, ſcripturæ ſacræ interpretationem Rhomanā hodiernam.

Si ſubditi papæ,qa ſūt ſpūales, non ſunt ſubditi imperatori, cōſequit̄, laicos,q ſpūales nō ſunt,nec ſubditos petro,nec oues eſſe Chriſti.

Premium torquentis ſcripturā ꝓ ſuo affectu.

Si ſpiritualia tēporalibus p̄cellunt,quanto anima corpori: ideoq;

ſpiritualia nō licet ſubdi tēporalibus: omnis aūt homo habet animã .i. ſpirituale, ergo null⁹ homo alteri ſubdatur, nec oues Chriſti Petro. cum Petrus ſit homo ſicut & illi. Paulus dicit, omnis anima ſubdita ſit, quæ vtiq; ſpiritualis eſt. An Chriſtus non erat ſpiritualis, quãdo cum Petro ſoluit cæſari didrachmū. An pontifices excepit, quãdo dixit, date, quæ cæſaris ſunt, cæſari? At hoc ſyllogiſmo cōcludemus:

Prona ratiocinatio, ſed inſolens

quod magis ſpirituale fuerit, præcellat minus ſpirituale, Tum virgo ſancta ancilla dominabitur impio pōtifici, & pannoſus mendicus imperatori. obſecro, quæ tandem hinc ludibria ſequentur? Hoc ſane verum, in verbo & ſacramento tradendo (hæc eñ ſunt ſpūalia) pōtifices ſunt ſuper omnes. Verum, in tēporalibus rebus, officiis, tributo, cenſu, vectigali, & omnibus oneribus temporalis rei publicæ prorſus pōtifices & clerici ſunt magiſtratibus ſubiecti iure diuino, nec exempti, niſi beneficio huius humanæ creaturæ.

In verbo & ſacramento tradēdo, pōtifices excellūt omnes.

Quid per ſpūalia intelligat.

Quod ſi dixerit, Spiritualia nō intelligo perſonas ipſas. nam volumus omnes oues chriſti, nobis eſſe ſubiectas & ſpirituales: ſed res ipſas ſpirituales: vt per temporalia, res temporales. Reſpondeo, tuo laqueo te capio. Si imperatori tribuis temporaliū oīm poteſtatē, cur ergo tua temporalia ſubtrahis & non vis ſubdita? Et quod maius eſt & inæſtimabile mōſtrum, cur tu imperia, regna, dominia, tenes, aufers, cōfers, tranſfers? Cur his te miſces? Eſt hoc imperatori temporalia permittere, & tibi ſpiritualia ſeruare? Quid hic dicent omnes decretaliſtæ, niſi, q̄d tam ex verbis quã operibus ſuis cognoſcuntur, ceu ex foliis & fructibus, ſe neſcire, quid ſit, vel temporale, vel ſpirituale: immo, amiſſis ſpiritualibus, ſolum temporalia amare, vt præcellentiã, opulentiã, voluptatem. Si eñ imperator excellit in temporalibus, non debet ea ſpiritualis pontifex vſurpare, ſed ſubdita illi relinquere: tributum de eis pendere imperatori & ducibus, ac rei publicæ temporali per illa ſeruire, quoties fuerint requiſiti.

Hic decretaliſtæ ſuã ignorantiã ꝓdūt, & ſtudiū tēporaliū, ſpūaliū rerū cura omiſſa, proferunt

Licet non ſimpliciter dictum fuerit, ſubditi eſtote: ſed additum fuit, propter deum.

Quid hoc? an iterum conſilium fiet ex præcepto? an nō ſimpliciter perſona loquentis attendenda eſt? an nō ſimpliciter ſubditos ſuos Petrus ꝓuocauit ad humilitatem? Non ſimpliciter imperator præcellit in temporalibus? O miſerum & anxium effugiū: immo, deploranda inſcitia, quæ nōdum, quid ꝓpter deum velit, accipit. Petri ſenſus planus eſt, vt ſtatim ſe ipſe exponit, Quia (inquit) ſic eſt voluntas dei. ideo ſcilicet ꝓpter deum ſubdi debere. non, quia illi mereantur magiſtratus, ſed quia deus ita voluit. At, decretator forte conatur hoc verbo, nō neceſſariã eſſe ſubiectionem eiuſmodi docere: quaſi Petrus indebitos obſecrarit, meriti videlicet humilitatis cauſa.

O miſerã & anxiã euaſionē, immo deploratã inſciciam.

VE TIBI, qui verbum dei ſaluberrimum tam audacter corrumpis miſerrime decretator.

Ve corruptori ſaluberrimi uerbi dei.

Nec pure ſit ſcriptum, Regi præcellenti, ſed in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terpoſitum fuit:forſan non ſine cauſa:tanquam.

Tot mendaciū eget fucis, vt verum ſaltem videatur. quā miſere torquetur hic fugax autor, vt dei præceptū illudat. Si hoc, tanq̃, minuit veritatem, vel regis, vel præcepti, cur ſuperius non ſimiliter dixit, Subditi eſtote tanq̃ omni humanæ creaturæ? Cur præcipit ſubdi ſine tanq̃? Cur nō dixit, Eſtote tanq̃ ſubditi, ſimulantes ſubiectionem, ſicut ille ſimulat regem, tanq̃ ſit rex? Inſulſior ē iſta gloſſa, quā vt mereatur confutari. Petrus vult, hoc tanq̃, rationalem eſſe coniunctionem: oſtendens, quare ſit ſubdendū: quia (inquit) præcellit, & quia duces miſſi ſunt ab eo. Hoc eſt, ipſa præcellentia & poteſtas, quia deo volēte gerit, eſt cauſſa, quare propter deū ſubdi ei debeatis.

Multo fuco mendacium eget, vt verū videatur.

TANQ uā.

Tanq̃ rōnalis hic coniunctio.

Quod autem ſequitur, Ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, intelligendum non eſt, quod rex vel imperator, ſuper bonos & malos acceperit gladii poteſtatem: ſed in eos ſolummodo, qui vtentes gladio, eius ſunt iuriſditioni commiſſi.

O neceſſariam Rhomanæ curiæ & cleri licentiæ impunitiſſime gloſam. Hic ſane opus erat oculos intendere, hic vlcus tangebatur, ſed fruſtra. Iterum, hic cum ſuo dumtaxat prodit, verbum dei generale torquens in partem populi Chriſti. Quare & nos eadem abſurda pro verbo dei, contra vanitatem hanc reducamus. Et quæramus, an omnes oues Chriſti ſint Petro ſubditæ: & an ad ſuos ſubditos hæc ſcripſerit: & an alii ſint ſubditi Petri & regis. Hæc enim tria, neceſſe eſt confiteatur vera, vt ex prædictis patet. Quare, ſi ſuis ſubditis hæc ſcripſit, & hi alii ſunt a ſubditis imperatoris. gladii poteſtas, verbo Petri, ſolum ſuper clericos, in vindictam malorum, & laudem bonorum valebit: eruntq; exempti omnes & ſoli laici, Cur ergo contraria videmus fieri, adeo, vt clericos tradant ſeculari foro, non niſi exutos clericatu? Sin omnes ſunt ſubditi Petro, & ad omnes hæc ſcripſit, qui ſunt oues Chriſti: ergo, vel clerici gladio exempti, non ſunt oues Chriſti: vel hæc deprauatio & diſtinctio verborum Petri, prorſus impia & veritati aduerſa eſt.

O neceſſariā Rho, Curiæ & cleri licentiæ impunitiſſimæ gloſam, ſed vanam.

Vide, quo ābitioſa iſta cōmentatio euadat.

Impia eſt diſtinctio.

Deniq;, hæc gloſa id præſtabit, vt iam nulla ſit poteſtas gladii. quandoquidem, pontifici totum orbem ſubiiciunt. ſubiecti vero ei, non ſunt ſub imperatoris iuriſditione. Niſi noua & humanitas inſtituta iuriſditio, clericos ſolos eximat, ac laicos illic relinquat. Sed hoc non eſt verbum Petri exponere, qui omnes gladio ſubiicit, qui ſibi ſubiecti ſunt. Ita pugnāt leges hoim, cū lege dei. Quare nullus eſt exemptus a ptāte gladii, ſiue laicus, ſiue clerus: niſi quantū ipſa poteſtas

Gloſa in ptātē gladii ficta.

Petrus oēs ſibi obnoxios gladio ſubiicit.

gladii donauit ac permiſit, ſicut olim hæretici tẽpore Auguſtini puniebãtur ptãte gladii, & etiã nunc per ignẽ. Q d' nullo mõ liceret fieri, ſi eccleſiaſtica iuriſdictio, eſſet iuris diuini: ea ſcilicet, qua exempti ſunt clerici a gladii poteſtate. Et ſicut hodie habet clericalis ſtatus, melius eſſet, ſublatis exemptionibus, rurſum gladio ſubiici, iuxta præceptũ Petri & Pauli, omnes cleros: vt puniretur. tunc eccleſia melius haberet, timore gladii, peccatis coercitis. nunc aũt ſuis legibus impune alũtur in omne malum. Poteſt aũt poteſtas gladii clero, gratuito concedere ſuũ rigorẽ. Verũ, ſi id nollet facere, non poſſet cogi, nec vllis põtificiũ decretis impediri. Nõ eñ hñt ptãtẽ gladii coercẽdi, quẽ deus dedit ſolus. Nec verũ eſt, q̃d in manu papæ ſit iubere gladiũ eximi, vel cõdi, libera eſt ptãs gladii a deo collata. ſicut & ſupra dixit: q̃d in tẽporalib⁹ eam habeat imperator. vbi in oĩbus dicere debuit, adeo non potuit omnino negare, gladium non eſſe in ſua manu.

Melius eſſet & hodie, clerũ timore gladii a peccãdi libidine coerceri, iuxta p̃ceptũ Petri & Pauli, q̃ impunitate, tantam feneſtrã nequitię aperire.

Potuiſſes aũt prærogatiuã ſacerdotii ex eo potius intelligere: quod dictũ eſt, nõ a quolibet, ſed a deo: nõ regi, ſed ſacerdoti, nõ de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti: de ſacerdotib⁹ videlicet, qui erant in Anatot, Ecce cõſtitui te ſup gẽtes & regna vt euellas & diſſipes, ædifices & plãtes,

Quid hoc? an non eſt a deo dictum, quod Petrus & Paulus dixerunt, ſubditi eſtote? Non eſt ſacerdotibus dictum, non eſt oĩbus dictum, quando Paulus dicit, omnis anima?

Pro imperatore faciunt duo primi apl'i. Hieremias: vt videt: pro pon.

Quid? ſi imperator dicat. Ego duos apl'os primos pro me habeo: quibus plus credendũ eſt, quã Hieremiæ: eo q̃d illi, veritatẽ reuelatã noui teſtamenti: iſte, more ꝓphetico occultatã locutus eſt: ideo nihil ꝓbatur contra me. Quid hic dicetur? Sed adde, ſi hæc vera ſunt, Ergo Hieremias eſt ſummus pontifex. quãdoquidẽ, hunc eius titulum ſoli Rhomani põtifices arrogant, quod conſtituti ſunt ſuper gentes & regna.

Nõ eſt alia in eccl'ia p̃cellẽtia q̃ verbi miniſteriũ.

Igitur, de ꝓpheta & opere prophetæ, locutus eſt deus: nihil de præcellentia ſacerdotali. Non eſt alia præcellentia in eccleſia, quam verbi miniſterium. quod bene ſaluũ manet, ſi ſacerdotes in omnibus tẽporalibus ſubiecti ſint poteſtati gladii, ſicut fuit in Chriſto, & apoſtolis, & primoribus Epiſcopis.

Verba Hiere. non ſunt dignitatis & p̃cellẽtiæ, ſed laboris & officii.

Deniq;, cur non euellit, diſſipat, ædificat, plantat, ſi hoc ad ſe pertinere putat? Non ſunt dignitatis & præcellentiæ, ſed laboris & officii verba, quæ hic ponuntur. Et vbi fuit ſummus ſacerdos in lege, ſi Hieremias hoc verbo ſacerdos conſtituitur ſuper gentes & regna, ſuper quæ ille non erat conſtitutus. Vbi eſt & illud quoq;, q̃d pontificem in ſpiritualibus dumtaxat præcellere dixit, partitus cum Cæſare imperium; ſi ſuper gẽtes & regna cõſtitut⁹ eſt, ad hunc ſenſum?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Præterea noſſe debueras, quod fecit deus duo luminaria magna in firmamento cœli, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: vtrunque magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, id eſt vniuerſalis eccleſiæ, fecit deus duo luminaria magna, id eſt, inſtituit duas dignitates, quæ ſunt pontificalis autoritas, & regalis poteſtas. ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt. Quæ vero carnalibus, minor. Et quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter pontifices & reges differentia cognoſcitur.

A quo cognoſcitur? a gloſa hoc textu digniſſima, quæ dicit, papam quadrageſies ſepties eſſe maiorem Rege. adeo certi ſibi ſunt, de menſura vtriuſque magnitudinis, & ſolis & pontificis: niſi, quod hic magna quæſtio oritur, quomodo in veteri lege, Reges erant ſuper pontifices. niſi tunc non fuiſſe eccleſiam, id eſt, firmamentum cœli, credendum ſit, quando vna eccleſia dei eſt, ab origine mundi, ad finē vſque. Sed eſto, eccleſiam chriſtianam intelligat. Quid dicet? quis certiores nos faciet, ſol nouum an veterem ſacerdotem ſignificet? Siquidem allegoria dubia eſt, & nihil probat. Immo, qua ratione compeſcetur imperator, ſi ſuam poteſtatem dicat intelligi per ſolem maius lumen: vt cui ſubiecta per Petri verbum ſit omnis anima, quantumlibet ſpiritualis?

Papa, quadrageſies ſepties maior rege.

In veteri lege reges erāt ſuper ponti.

Quid? ſi īperator ptātē ſuā maius lumen interpretetur.

QVID? quod hac ratione ſequitur, Iulium, Auguſtum, & alios gentiles imperatores fuiſſe in eccleſia. quia fuerunt minus lumen eccleſiæ, a deo factum. Et quod feſtiuius eſt, Iulius & Auguſtus erāt minus lumen, antequam fieret firmamentum, id eſt, eccleſia, immo, antequam Chriſtus naſceretur, caput & autor huius firmamenti. ſed & vniuerſalis eccleſia, diu fuit ſine iſto maiori luminari, & etiānum eſt in Græcia & India. Illi forte adhuc in tenebris ſunt, licet in firmamento cœli ſint.

Feſtiua eluſio.

DOLENDVM ſane, iſtis ludicris & nugis, verba dei in res (vt putant) tam ſerias ſtabiliendas deformare. faceſſant laruę. figura nihil probat. Deinde, allegoria horum verborum eſt hæc. SOL eſt Chriſtus. LVNA, eccleſia. COELI, Apoſtoli. STELLAE, ſcti. Ptās īperatoris nihil pertinet ad eccleſiā: nō magis, q̄ q̄cūq; res mūdi.

Dolendū eſt, iſtis ludicris & nugis, res ſerias ſtabiliri.

Nobis autem commiſſæ ſunt oues Chriſti, in b. Petro dicente domino, paſce oues meas, non diſtinguens inter has oues & alias, vt alienum a ſuo

ouili demonſtraret, qui Petrum & ſucceſſores ipſius, Magiſtros non recognoſceret & paſtores.

Quis hanc gloſam accipiet?

Si per aliũ licet paſcere, q̃d vetat & oues per aliũ audire?

Si paſcere ad ſolos pon, pertinet, cur & ipſi non eunt paſtum Turcas & Boemos?

Paſcere q̃dã interp̃tãt dñari, & in otio non tm̃ oues tõdere, ſed etiã deglubere. ad q̃d eximii q̃dam opiliones, nimiũ cõniuẽt.

Satis eſt quẽcũq; ſacerdotẽ, ſiue Petrũ, ſiue Paulũ recognoſcere paſtorẽ, q potiꝰ paſcat quã tondeat & mactet.

Hoc ſane neceſſarium erat addere, quo ambitio aperte oſtende-rerur. Quis aũt hanc gloſam accipiet? quo neruo firmabitur? quando dicis: non diſtinguens inter has & alias. Cuius oues Paulus paſcebat & alii Apoſtoli? ſuas? Cur non potius dicendum, quod non diſtinxerit inter Petrum & alios paſtores: cum impoſſibile fuerit, ab vno Petro paſci omnes. Sin, per alium poteſt paſcere, quid refert & oues poſſe per alium audire? vbi tunc erunt, tam paſtor, quã oues? Siccine verbum dei licet ludere? Cur aũt qui hoc verbum paſce, ad ſe ſolos pertinere putant, non eunt in Turcas? immo, cur non in Boemos ſaltem? Verum, quid hoc laboro? Cur non pauit hic Paſchalis hunc decretaliſtam & ſuam curiam, vt verba Chriſti recte intelligeret, pro animæ cibo, & non tam miſere contaminaret? An in Turchia & Boemia non ſunt animæ paſcendæ? An ſolum paſtas ſibi credit cõmiſſas? Cur ergo Petrus nõ cõtentus paſtis a Chriſto ouibus, ipſe per totum mundum, paſcendas ac docendas quæſiuit? Cur inquam, paſcere ſibi vſurpant, & tamen non faciunt? niſi quod cupiunt nos ſcire, quid intelligant per verbum paſcere, quoties illi ad ſe oues pertinere iactant, ſcilicet dominari, in otio tondere oues, meraq; tyrannide in eccleſia præualere? Error itaq; eſt, alienum eſſe ab ouili Chriſti, qui Petrum & ſucceſſores ipſius non recogonſcit paſtores & Magiſtros. PRIMVM quod ipſi, nec paſcunt, nec regunt. Alioquin, iam omnes chriſtiani eſſent alieni a Chriſto, quod nullus eorum videat, etiã ſi quã maxime velit, paſtores & magiſtros Rho, pontifices. vident aũt eos, & recognoſcunt dominantes & pompantes. & tamẽ hac recognitione, non magis ſunt de ouili Chriſti: ſed pene eiiciuntur per vim. tam efficacia ſunt eorum ſcandala. DEINDE, quia ſatis eſt, PAVLVM, immo, quemuis ſacerdotem recognoſcere paſtorem & magiſtrum, vbi vbi fuerit. Hic enim paſcit & regit. illi vero, paſtas ſolum tondent & mactant. Sed ſatis hæc, ne videar ſtudio reprehendi hæc moliri. cum aliud non quæram, quã vt illis os obſtruam, qui nobis ſcripturarum intellectum liberrimum a Chriſto datum, captiuare audent in ſenſum & verbum hominum pontificum. volentes, de verbis dei iudicare ſecundum verbum hominũ. cum contra, verba hominum iudicanda ſint ſecundum verbũ dei, quod iudicat omnia,

Ad tertium, ad rationes,

Primo tractandum.

Vbi illud primũ tractandũ, q̃d decreta quibus primatus eccleſiæ rhomanæ probari a me dicitur, dixi intra quadringentos annos nata, & contra hoc eſſe, hiſtorias mille et centum annorum.

PRIMO, ſciebam hæc offenſura, & manifeſtiſſime oĩm falſa videri oĩbus. Certũ eſt ẽm, eſſe decretis rho, pontificum, ante mille annos certatum pro hoc primatu.

Ego aũt hoc ſpectaui, q̃d rho, eccleſia nunq̃ fuit, nec eſt, nec erit vnq̃ ſuper omnes totius orbis eccleſias, licet ſuper plurimas ſit. nec eñ fuit vnq̃ ſuper Græciæ, Aphricæ, Aſiæ eccleſias, nec eorũ epiſcopos cõfirmauit, ſicut mõ noſtros cõfirmat, vt ſatis ꝓbant hiſtoriæ. Deinde ſunt ſine dubio chriſtiani in oriente, cum Chriſti regnũ ſit orbis terrarũ, iuxta p̃s. ij. & tñ Epiſcopi eorũ nõ inſtituuntur, non confirmantur e Rhoma, nec eſt neceſſarium.

Rho, eccl'ia, nec vnq̃ fuit, nec eſt, nec erit ſupra omnes eccleſias.

DEINDE, ab hoc tempore cœperunt multiplicari leges & iura. Nam Greg. ix, Bonifacius octauus, Clemens quintus, niſi cõſarcinaſſent, & alias reciſas, alias additas epiſtolas, ſcholis legendas ac docẽdas tradidiſſent, ſine dubio, tot maria gloſſarũ, & infœliciſſimũ iuris ſtudiũ nõ eſſent. Delituiſſent aũt tam decreta quã decretales magno eccleſiæ lucro, & euangelii cõmodo, intra arcas Rhomani põtificis. Nunc aũt quæ ſit facies eccleſiæ vigore iſtarũ legũ, plus ſatis videmus. nec hoc ſatis, indies augeſcunt eiuſmodi libri, & tñ nihil faciũt, niſi q̃d plures animabus laqueos ponũt. inde diſpenſationũ, confeſſionaliũ, indultorũ, exemptionũ turpiſſimæ nundinæ. Inde Epiſcopatuũ, ſacerdotiorũ, officiorũ, palliorũ, annatarũ rapinæ, & venditiones impudentiſſimæ. inde cenſuræ, minæ, fulmina, vis, fraus, dol9, & infinita monſtra, quorũ nullum, aut ſaltem rarum eſſet, ſi epiſtolæ eiuſmodi, ſicut oportuit, intra annales & regeſtas manſiſſent ſepoſitæ, & euangelio in publico locum reliquiſſent. Proinde traditiones Rho, nunq̃ ita ſenſit mundus, vt in annis iſtis quadringẽtis, ideo totũ eorum pondus & oẽm vim Grego. ix. tribuendũ exiſtimo, per quem velut natæ ſunt & ortæ. Ab hoc enim vſus eorum robur accepit, & inualuit, vt legibus iſtis & traditionibus ita ſint omnium officia, ſtatuta eccleſiæ, ordines, in vnum cahos confuſa, intra iſtos quadringentos annos, vt Babylone ipſa confuſior ſit hodierna eccleſia. Nemo in ſuo ordine incedit, quilibet ſibi ex vrbe legem emit, qua viuat. ille exemptus, iſte priuilegiatus, iſte familiaris, iſte officialis, iſte neſcio quo titulo, omnes libertatem quidlibet eſſendi, faciendi, audendi habent, per has Rho, leges. Nec Rhomæ aliud curatur, quã vt hac eccleſiæ ſumma calamitate roboretur poteſtas & dñatio ſua in omni indiuiduo ſuo ſola. Et hunc eccleſiæ occaſum, ſi quando gemimus, ſi dolemus, ſi querulamur, hæretici ſumus, irreuerentes in Rho, eccleſiam ſumus, ſcandaloſi, ſeditioſi, procaces ſumus. Quia videlicet querulari non poſſumus, niſi Rho, pontificis, tum iura, tum poteſtatem: immo tantas iniurias populi dei, ſimul. angam9. Nam hic fons eſt, aut ſeruandæ, aut perdendæ eccleſiæ. Cum aũt hodie omnia ſint in vrbe, inquinatiſſima & corruptiſſima, & agentib9 impiiſſimis adulatoribus, de ipſis nihil liceat vel mutire, niſi q̃d portenta iſta laudet, iuſtificet, glorificet, Quid mirum, ſi ſub venerabili Rho, eccleſiæ nomine, tot mala inudauerint in omnem eccleſiam pleno impetu, & præcipiti, cui nemo reſiſtere poſſit, gurgite.

Qui põ, alias reciſas, alias additas epiſtolas conſarcinarunt.

Quæ facies ſit eccleſiæ plus ſatis videtur.

Vide quæſo, quot inde monſtra.

Oĩa in vnũ cahos cõfuſa.

Quilibet ex vrbe ſibi legem emit.

Leges ad dñationẽ faciunt.

Nota præpoſterũ damnandi morẽ.

In vrbe omnia corruptiſſima.

DENIQVE, eo deuenit legum Rhomanarum ſtudiũ, & euãgelii neglectus, vt neceſſe habuerint, ſtatuere in concilio nouiſſi-

Statutũ in cõci, aĩam eſſe immortalem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimo, Animam hominis eſſe immortalem, Quid putas hoc decretum indicat?

ITAQVE, vnuſquiſq; in ſenſu ſuo abundet, mihi decretorum autores ſunt, Grego. ix. Bonifacius. viij. Clemens quintus, & Extrauagantiũ pontifices. Quod his agentibus, in publicum ſparſa, & præcepta ſunt, & omnia ſtabilita. Quæ ſi inſtar epiſtolarum Gregorii, Auguſtini, Hieronymi, Bernhardi, & aliorum, vel in Bibliothecis, vel arcis, pro cuiuſq; arbitrio conſulenda, citra vllum præceptum, relicta fuiſſent, fœlicior eſſet eccleſia. Nunc vero, quando ſummis articulis fidei æquantur, ab adulatoribus autem & præferuntur, fructũ illarum habemus, ordinis eccleſiaſtici confuſionem, Conſcientiarum horrendas carnificinas, euangelii ignorantiam, ſcelerum impunitiſſimam licentiam, adulatorum Rhomanenſium, odioſiſſimam tyrannidem, donec id meruerint, vt ſub vaſto cœlo, non ſit nomen odioſius, & graueolentius, nomine Rho, Curiæ.

Decre, ponti, ſummis articulis fidei æq̃ta vel p̄lata, eccl'iæ ſtatũ perdunt.

EX his credo intelligi, me non fuiſſe tam craſſæ ignorantiæ, vt neſcirem longe ante. cccc. annos decreta Rho, pontificis nata. Alioquin, quomodo certos. cccc. annos, & non plus aut minus potuiſſem recitare? quomodo iudicare, quod eſſent frigidiſſima? quomodo hiſtorias allegare? quomodo textum ſcripturæ contrarium aſſerere? niſi diligentiſſime omnia peruidiſſem & contuliſſem? Ex his indiciis volui naſuto lectori ſatiſfactum, vt me non ſine cauſa, ſic poſuiſſe cognoſceret. nec ignorantia, ſed de induſtria ſic locutum fuiſſe. Simul, ut inſidioſæ & adulatoriæ propoſitioni Eccii, per omnia par referrem.

Cauſa cur in cõclu. cccc. annos exp̄ſſerit

Qui cum aſtruxiſſet, ante tempora Syluestri Rho, eccleſiã fuiſſe aliis ſuperiorem, & ego perſuaſiſſimum haberem, Eccium non eſſe tam impudentem, vt publice mentireretur: nec tam ignarum hiſtoriarum, vt hæc vera crederet, inſidias ſuſpicatus ſum, vt qui morem ſophiſtarum & lubricitates iſtorum Proteorum probe callerẽ. Qui ſi volent, falſum facient verum, & verum mutent in falſum. cum interim in aliis, eum loquendi rigorem exigant, vt nec verba dei tuta coram eis ſint. Proinde, volui animoſiorem, ac ante diem triumphabundũ reddere, ſicut ipſe me formidabundum niſus eſt facere.

Eccius nõ tã impudẽs, vt publice mentiatur.

Sophiſtarũ gen⁹ Protea refert.

CVM ergo mihi ſatis eſſe potuerit, quod ſcripturæ ſanctæ autoritas mecum eſt, qua probatur primatus eccleſiaſticus, iure diuino nullus eſſe, tamen ne ſolus & ſolas ſcripturas iactare videar, iam & aliorum ſententias audiamus cum rationibus.

Scrpturæ autoritas eſt a Martino.

D. Hierony.

PRIMVS eſt d. Hierony, in epiſtola ad Enagrium, ſic ſcribẽs, Legimus in Iſa. Fatuus fatua loquitur. audio quendam in tantã erupiſſe vecordiam, vt diacones preſbyteris anteferat. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat, eoſdam eſſe preſbyteros quos Epiſcopos, quid patiatur menſarum & viduarum miniſter, vt ſuper eos tumidus ſe efferat, ad quorum preces corpus & ſanguis Chriſti conficitur? Quæris autoritatem? Audi teſtimonium, Paulus & Timothe⁹ ſerui Iheſu Chriſti, omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis & diaconibus.

Paulus & Timotheus ſerui Chriſti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VIS & aliud exemplū? In Actibus Apoſtolorū, ad vnius eccle
ſiæ ſacerdotes, ita Paulus loquitur. Attendite vobis & vniuerſo gre
gi, in quo ſpūſſanctus poſuit epiſcopos, & regatis eccleſiam dei, quã
acquiſiuit ſanguine ſuo. Ac ne quos contentioſe in vna eccleſia plu-
res fuiſſe epõs contendat, audiat aliud teſtimoniū, in quo manifeſtiſ-
ſime comprobatur, eundem eſſe epiſcopum atq; preſbyterum,
PROPTER hoc reliqui te Cretæ, vt quæ deerant, corrigeres, & cõ
ſtitueres Epõs per ciuitates, ſicut tibi mandaui, ſi quis eſt ſine crimi-
ne, vnius vxoris vir, filios habens fideles, nõ in accuſatione luxuriæ,
aut nõ ſubditos. oportet em̄ Epm̄ ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpenſa-
torem. Et ad Timo, Noli negligere gratiã, quæ data eſt tibi per ꝓ-
phetiã, & per impoſitionẽ manuum preſbyterii. Sed & Petrus in
ep̄la prima, preſbyteros qui in vobis ſunt, precor ego cõpreſbyter
& teſtis paſſionū Chriſti, & futuræ quæ reuelanda eſt gloriæ parti
ceps, regite gregem Chriſti, & inſpicite nõ ex neceſſitate, ſed volun-
tarie iuxta deum. q̄d quidẽ græce ſignificantius dicitur, EPISKO-
POVNTES, vnde & nomen Epi tractū eſt. Parua tibi videtur tan
torū teſtimonia virorū? Clangat tuba euangelica filius tonitrui, quẽ
Ieſus plurimū amauit, qui de pectore ſaluatoris, doctrinarū fluenta
potauit, Preſbyter electæ dñæ & filiis eius, quos ego diligo in veri
tate. Et alia ep̄ſa, Preſbyter Gaio chariſſimo quẽ ego in veritate dili
go. QVOD aūt poſtea vnus electus eſt, qui cæteris p̄poneretur,
in remediū ſchiſmatis factū eſt, ne vnuſquiſq; ad ſe trahens, eccleſiã
Chriſti rumperet. Nam & Alexandriæ a Marco euangeliſta, vſq;
ad Eſdram & Dionyſium Epõs, preſbyteri ſemper ex ſe vnum eli-
gebant, & in excelſiore gradu collocabant, quem Epm̄ nominabant.
Quo modo ſi exercitus ſibi imperatorem faciat. Diaconi aūt eligant
de ſe, quem induſtriū nouerint, & archidiaconū nuncupent. Quid
em̄ facit, excepta ordinatione Epiſcopus, quod preſbyter non facit?
NEC altera Rhomanæ vrbis eccleſia, altera totius orbis æſtimanda
eſt. Et Galliæ & Britanniæ, nam & Aphrica & Perſis & oriens &
India, & omnes Barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam
obſeruant regulam veritatis. Si autem autoritas quæritur, Orbis ma
ior eſt vrbe, vbicunq; Epus fuerit, ſiue Rhomæ, ſiue Engubii, ſiue
Conſtantinopoli, ſiue Rhegii, ſiue Alexandriæ, ſiue Thanis, eiuſdem
meriti eſt, & eiuſdem ſacerdotii. potentia diuitiarum, & humilitas
paupertatis, vel ſublimiorem, vel inferiorem facit. cæterum omnes
Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Hæc d. Hieronymus.

NIHIL de mutatione tẽporū loquor, nihil de iure poſitiuo. hoc
contendo, Si vnus Epus iure diuino cæteris præfertur, manifeſte hic
Hieronymus hæreſim docet, non ſolum ipſe (nam ei non crederem)
Sed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles au-
tores. Quis quæſo his reſiſtet? Cur adulator negat Rho, pontifi-
cem cæteris eſſe coepiſcopū, cum primus Petrus ſe cõpreſbyterū ap-
pellet? Si ſucceſſores ſunt Petri, quid erubeſcunt titulū ſui p̄deceſſo
ris? Si nomen ſuperbiſſimum, ſanctiſſimi, ſummi, maximi pontificis

Aliud exm̄.

Idẽ epus qui preſbyter.

Oportet epm̄ ſine crimine eſſe.

Petr9 ſymmiſtes, conſacerdos.

Ioannes preſbyter.

Cur vnus cæteris præfectus.

Eps elect9.

Non eſt alia vrbis, alia orbis eccleſia.

Potentia vel humilitas ſacerdotẽ ſublimiorẽ vel inferiorẽ facit.

Nūquid adulator vel cæcus, vera negabit, Quæ ſunt tam ſanctis verba ꝓbata viris?

hæreditant ex recentibus? Cur nō nomen cōpreſbyteri & coepiſcopi a primo? Obſecro, an Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas & oēs apſi ignorauerūt, q̄d vīm Chriſti ſibi voluerit, Tu es Petr⁹, &, tibi dabo claues, &, paſce oues meas? q̄d nō exinde Petro primatū diuinitus datū obſeruarunt. Si me oīno hæreticū clamant, qui oia quæ volūt, tribuo Rho, pōtifici, ſolū, ne autoritate ſcripturæ, id eſt, mēdaciter facere cogar, parcant ſancto Hieronymo, tantis autoribus munito. ꝓdamat ille lōge impudētius, Ep̄os, potētia diuitiarū, & humilitate paupertatis inuicē eſſe, vel ſublimiores, vel inferiores. Ego cōſenſu fidelīū, & decretis hoīm id aſtruo. Cur non hunc irreuerentē, blaſphemū, ſeditioſum, biſſepties cōburunt hæreticæ prauitatis prauiſſimi inquiſitores? Sinant me cum Hieronymo interim ſapere. Sinātcū Paulo, Petro, Ioāne, Luca ſentire. Si hoc nō eſt ſatis, Age cōburant ſua decreta primū. Nā hæc epiſtola recitať in decretis. diſ. xciij. c. legim⁹, legitur, auditur, docetur, approbatur hæc ab vniuerſis in eccleſia rhomana. Cur ego vnus ꝓhibeor dicere & ſentire, q̄d ipſimet oēs dicūt, ſentiūt, iubētq; ſentire? Hieronym⁹ nō mō Ep̄os æquat inter ſe, ſed & preſbyteros Ep̄is cōparat, alterū ætatis, alterū officii nomen eſſe ꝓnuncians. Ego lōge reuerētius locutus, nihil peto, niſi, vt cōtra hāc veritatē, nō cogar ſcripturas & verbum dei illudere. Sit rho, pontifex, quicquid voluerint, Mō autoritate ſcripturæ, id nō aſtruant, ſed & ſcripturas eorū ſenſui aptari patiar, Mō, ne hunc eſſe germanū & ſolū ſenſum cōtendant. Sat ergo eſt, q̄d frigidiſſimis decretis primatus aſſeritur, qui feruētiſſimis dei verbis negatur. Sed audiamus iterum eundem, in cōmentario ſuper epiſtolam ad Titum.

Luthe, hæreticū faciētes, ſaltē b. Hieronymo, & aliis ſanctis viris: q̄s autohabet: parcant. qui oēs ſacerdotes iure diuino æq̄les, opib⁹ vero, vel amplis, vel tenuibus inæquales aſſerunt.

Frigidiſſimis decretis primat⁹ aſſeritur, feruētiſſimis dei verbis negatur.

D. Hierony, in commenta, epiſto, ad Titum.

Idem eſt ergo preſbyter qui epiſcopus, & anteq̄ diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego aūt Cephe, cōmuni preſbyterorū cōſilio eccleſiæ gubernabātur. poſtquā vero vnuſquiſq; eos quos baptiſarat, ſuos eſſe putabat, nō Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de preſbyteris electus ſuperponeretur, ad quē om̄is eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatū ſemina tollerentur. putat aliquis, nō ſcripturarū, ſed noſtrā eſſe ſententiā, Ep̄m & preſbyterū vnū eſſe, & aliud ætatis, & aliud eſſe nomen officii, relegat apſi ad Philippenſes verba, & cætera quæ ſupra in epiſtola ad Enagriū induxit. Et in fine. Sicut ergo preſbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine, ei qui ſibi p̄poſitus fuerit, eſſe ſubiectos, Ita Ep̄i nouerint ſe magis cōſuetudine, quā diſpenſationis diuinæ veritate, p̄ſbyteris eſſe maiores, & in cōi debere eccleſiā regere.

Idem preſbyter, q & ep̄s.

Ruffine, adhuc iuides Hierony.?

Preſbyter ætatis, ep̄us officii nomē eſt.

Ep̄i magis cōſuetudine, q̄ diſpēſatōis diuīæ veritate p̄ſbyteris ſunt maiores autore Hier. q̄d lōge veriſſimum eſt.

VIDE ergo, an propoſitio mea male vel bene dixerit, eſſe contra ſcripturarū textū, rho, eccleſiā eſſe aliis ſuperiorē, cum etiā ſit contra ipſa decreta. Nam & hæc b. Hiero. verba recitāť diſ. xcv. c. olim. atq; ſi non tibi approbarentur, tn̄ quia ſolidis pugnant diuinæ ſcripturæ armis, etiā ſi totus mundus & angelus de cœlo cōtradixerint, nihil dixerint. Atq; ita ſatis puto & ꝓbatā noſtrā ꝓpoſitionem, & diſſoluta omnia argumenta, quæ vel fingi cōtraria poſſunt, STAT ſen

tentia non diſpenſationis diuinæ veritate,ſed eccleſiæ conſuetudine Epiſcopos eſſe maiores preſbyteris.

Sententia.

ADDO tertiũ decretũ eadẽ diſ.xcv.c.Epus. Epiſcopus in quolibet loco ſedens,ſtare preſbyterũ non patiatur. Et iterũ alio.c.epus. Epus in eccleſia ĩ cõſeſſu preſbyterorũ ſublimior ſedeat,intra domũ vero,collegam preſbyterorũ ſe eſſe cognoſcat. Hæc ibidem eſſe decreta concilii Carthagineñ.quarti dicuntur. Quæ certe hæretica ſunt, ſcandaloſa & ſeditioſa(vt vocant)ſi Epi iure diuino preſbyteris ſublimiores ſunt,quos eſſe collegas epor ũ ſtatuunt:multomagis,ſi vnus Epus cæteris ſublimior eſt. Deleant ergo primũ ſua decreta,quæ nos cogunt diſcere. vt quid damnant in nobis, q̃d ipſi nos docent? patet itaq̃,re ipſa æquales Epos inter ſe & preſbyteros,ſolo vſu,& eccleſiæ cauſa, aliũ alii præferendũ. Ex quo vlterius ſequitur. Si primatꝰ rho,pontificis vergere incipiat in eccleſiæ detrimentũ,oĩno tollẽdus eſt de eccleſia. quia humana iura & conſuetudines,pro eccleſia ſeruire debent,nõ contra eccleſiam militare. Quod,ſi non fiat,iam corã deo, traditio hominũ irrita facit mãdata dei. Quare vide,quã tenui pendeat filo,Rhomanorũ adulatorũ tyrannis; quæ ſeipſam autoritate diuina conata ſtabilire,ſeipſam penitus ea ratione ſubuertit.

Vide ſanctiſſima decreta.

Epi & preſbyteri reuera ſũt ęquales, ſolo vſu & ecclíæ cauſa,alii aliis ſuperiores.

Si primatꝰ rho,põ,cõtra eccleſiã militarit,oĩno tollendus eſt.

Huc & Cyprianũ voco,quẽ & b. Augu,allegat li.ij.c.ij.de baptiſmo dicentem. Neq̃ eñ quiſquã noſtrũ,Epm ſe eſſe eporũ cõſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit. Qñ habet omnis Epus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitriũ propriũ,tanq̃ ab alio iudicari non poſſit,quõ nec ipſe poteſt alterũ iudicare,ſed expectemus vniuerſi iudiciũ dñi noſtri Ieſu Chri. Hic glorioſus martyr,palam confitetur tyrannidem eſſe,ab vno epo alios cogi ad obedientiã. At hanc tyrannidem, velut iuſticiam,pene omnes decreteliũ ſyllabæ,& ſtatuunt & ſeruant tanq̃ diuinã autoritatem. Deinde mirum eſt,quod b. Augu,non redarguit Cyprianũ a ſe allegatum,ſi ſenſit eum contra ius diuinum loqui,ſed potius cũ eo ſentit, omnes ſcilicet eſſe Epiſcopos æquales.

Ruffine,vide q̃ tibi non cõueniat etiã cũ Cypriano

Epi æquales

SED VIDEAMVS ET ALIA.

IDEM Cyprianus lib,epiſtolarum primo,epiſtola quarta, ad Fœlicem preſbyterum,probaturus diuinis teſtimoniis,quod in poteſtate non Epiſcoporum,ſed plebis maxime ſit eligere aut recuſare Epos,dicit,Propter quod plebs obſequens dominicis præceptis, & deum metuẽs a peccatore præpoſito ſeperare ſe debet,nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere. qñ ipſa maximę habeat poteſtatem, vel eligendi dignos ſacerdotes,vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de diuina autoritate deſcendere,vt ſacerdos plebe præſente,ſub omniũ oculis deligatur,& dignus atq̃ idoneus,publico iudicio ac teſtimonio comprobetur,ſicut in numeris Moſi præcepit dominus dicẽs,Prehende Aaron fratrem tuum & Eleazarũ filiũ eius, & impones eos in montem coram omni Synagoga,& exuę Aaron ſtolam eius,& indue Eleazarũ filium eius,& Aaron appoſitus mo-

Plebs obſeques dominicis p̃ceptis & deũ timẽs, a pc̃tõre p̃poſito ſeparare ſe debet,qñ ipſa maxie habeat ptãtẽ, vel eligendi dignos ſacerdotes,vel indignos reiiciẽdi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corā omni ſynagoga, deus iubet ſacerdotē cōſtitui.

riatur illic. Coram omni Synagoga iubet deus conſtitui ſacerdotē, id eſt, inſtruit & oſtēdit ordinationes ſacerdotales, nō niſi ſub populi aſſiſtentis cōſcientia fieri, oportere. vt plebe præſente, vel detegantur malorū crimina, vel malorū merita prædicetur. & ſit ordinatio iuſta & legitima, quę oīm ſuffragio & iudicio fuerit exanimata, q̄d poſtea ſecundū diuina magiſteria obſeruatur in Actibus Apoſtolorū, Quādo de ordinādo in locū Iudæ Ep̄o, Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus in medio diſcētiū. fuit aūt turba in vno. Nec hoc in Ep̄orū tm̄ & ſacerdotū, ſed in diaconorū ordinatione obſeruaſſe Ap̄l'os animaduertimus. de quo & ipſo in Actibus ap̄l'orū ſcriptum eſt, Et cōuocauerūt: inquit: illi duodecim, totā plebem diſcipulorū, & dixerunt eis. Q d' vtiq; iccirco, tam diligenter & caute cōuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium, vel ad ſacerdotalē locum indignus obreperet.

Obſerua ritū eligēdi Ep̄i.

PROPTER q̄d diligenter de diuina traditione, & ap̄l'ica obſeruatione ſeruandū eſt & tenendū, q̄d apud nos quoq; & fere ꝓuintias vniuerſas tenetur, vt ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui p̄poſitus ordinatur, Ep̄i eiuſdē ꝓuintiæ propinqui quiq; cōueniant, & Ep̄us deligatur plebe p̄n̄te, quæ ſingulorū vitam pleniſſime nouit. Q uod & apud vos factū videmus, in Sabini noſtri collegæ ordinatione, vt de vniuerſæ fraternitatis ſuffragio, & de Ep̄orū, qui in p̄n̄tiam cōuenerāt, qui de eo ad vos l̄ras fecerant, iudicio, epiſcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Baſilidis imponeretur.

Ep̄us rite eligit apud eos, qbꝰ præficit.

HVNC ritū et per multas alias epiſtolas, idem Cyprianus cōmemorat, ſemper ſuffragiū populi, & iudiciū ꝓpinquorū Ep̄orum ita allegans, vt hanc ex deo ordinationē eſſe cum fiducia pronunciet.

Suffragio populi, & iudicio ꝓpinq̄rū ep̄orū ep̄us eligebatur.

Q VI ritꝰ, q̄d ſit ad eū qui hodie ex vrbe petit, in q̄ nō mō excluſus eſt populꝰ, ſed nec ſacerdotū electio ſatis eſt, aliis relinq̄. Nec referre eſt neceſſe, q̄to fœliciꝰ hodie is ritꝰ diuinꝰ ſeruaret. p̄ſertim, tot ſacerdotibꝰ malis regnātibꝰ, & iuito ppl'o impoſitis. Nā videmꝰ per Rho, curiā, per gr̄as ſuas expectatiuas, paſſim in mundū etiā intrudi ſacerdotes. trāſeāt hæc. Hoc q̄ror, q̄d hūc ritū ſacratiſſimū & vetuſtū, iuriq; diuio per oīa cōformem, hi nr̄i hæreticū & dānatū haberi volūt, præ ritu ſuo recētiore, cū certū oibꝰ ſit ſ. Nicolaū, ſ. Martinū, ſ. Auguſtinū, ſ. Ambroſiū, oēſq; priſcos patres, eo mō fuiſſe ordiatos. Sit itaq; ritꝰ hodiernꝰ, q̄lis eſſe pōt, mō Rho, pōtificē, nō iure diuino id poſſe putemꝰ, ne tot ſeculorū ſanctos & martyres, cōtra ius diui-

Qui rho, pōti, iure diuio oibꝰ p̄ferūt, impii ſunt in multorū ſeculorū ſanctos & martyres

GREGORIVS primꝰ li, iiij. regiſtro, ep̄l'a xxxij. licet per autoritates illas, paſce oues meas, & tu es Petrus &c. Petro ap̄l'orū principi totiꝰ eccleſiæ curā a dn̄o cōmiſſam dicat, tn̄ in hac cura nullū ep̄m ei ſucceſſorē patit. Sed nec Petrū ap̄l'm vl'em appellari dicit, ſcribēs ita Mauricio Auguſto de Ioāne Cōſtātinopolitano, cura totiꝰ eccleſiæ & principatꝰ Petro cōmittitur, & tn̄ vniuerſalis ap̄l'us nō vocat. Et vir ſanctiſſimꝰ cōſacerdos meus, vocari vl'is Ep̄us conatur. Exclamare cōpellor, o tēpora, o mores. Et infra, Si nō mē illud i eccl'ia ſibi q̄ſq̄ arripit, vniuerſa ergo eccl'ia (q̄d abſit) a ſtatu

(nū egiſſe, dānemꝰ.

Cura totiꝰ eccl'iæ & pricipatꝰ Petro cōmittit, & tn̄ vl'is ep̄us nō vocatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuo corruit,qñ is qui appellatur vniuerſalis,cadit. Sed abſit a cordibus chriſtianorũ nomen iſtud blaſphemiæ,in quo oĩm ſacerdotũ honor adimitur,dum ab vno ſibi dementer arrogatur.

Vſ̃is Ep̃us nomen blaſphemiæ.

Ecce habes,q̃d blaſphemiæ nomen ſit,vniuerſalis Ep̃us.Quid putas de nomine Summi,maximi,ſanctiſſimi,dixiſſet?

Sequitur,certe pro beati Petri apoſtolorũ principis honore,per venerandã Chalcedonenſem ſynodũ,rhomano põtifici oblatũ eſt, ſed nullus eorũ vnq̃ hoc ſingularitatis vocabulũ aſſumpſit, nec vti cõſenſit.ne,dum priuatum aliquid daretur vni,honore debito priuarentur ſacerdotes vniuerſi.

Perſpicuũ eſt hunc Grego,qui ſe cunctorũ ſacerdotũ ſeruũ poti9 quã dñm vocat,& ſeruũ ſeruorũ dei,nõ credidiſſe,ſolũ rho, põtificẽ Petri ſucceſſorem eſſe,vt qui abhorreat princeps ſacerdotũ & Epõrum dici.cum illum principem apl'orum dicat.

Hæc oĩa,p̃cedentia & ſequentia cum aliis ſ. patrũ dictis, decretis, & conciliis, adulatores iſti Rho, pont,expugnent, deinde Lutherũ capiant.

Idem in ſequẽti epl'a ad Cõſtantiã,eundẽ Ioannẽ Lucifero comparat,d.quia illũ videlicet imitatur,qui ſpretis ſociali gaudio angelorum legionibus,ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere.

Idẽ epl'a.xxxvi.ad Eulogiũ Alexandrinũ & Anaſtaſiũ Antiochenũ Ep̃os,Sicut nouit venerãda ſanctitas veſtra,per ſanctãChalcedonenſem Synodũ,põtifici ſedis apl'icæ(cui deo diſponẽte deſeruio) hoc uniuerſitatis nomẽ oblatũ eſt,Sed null9 vnq̃ p̃deceſſorũ meorũ, hoc tam ꝓphano vocabulo vti cõſenſit. quia videlicet,ſi vnus patriarcha vniuerſalis dicitur,patriarcharũ nomẽ cæteris derogatur. Sed abſit hoc a chriſtiana mente,id ſibi velle quẽpiam arripere,vnde fratrũ ſuorũ honorẽ imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Sed nõne,ſi ius diuinũ eſt primatus papæ,tam ipſi pontifices rho, hæretici fuerunt,quã conciliũ.illi,q̃d ius diuinũ nõ aſſumpſerunt,ſed cõcul cauerunt.Hoc,q̃d obtulit,quæ nõ erant ſui iuris offerre.

Heus Ruffine,qs tibi videt ſ. Greg? Nõ eſt ergo iuris diuini primatus Rho.pon.

Et infra de eodẽ, Vniuerſa tentat ſibi adſcribere,& oĩa membra quæ ſoli vni capiti cohærent(videlicet Chriſto)per elationẽ põpatici ſermonis,eiuſdẽ Chriſti ſibi ſtudet ſubiugare. Obſecro,quid mereretur,qui hodie ſic loqueretur?hic Grego,rho, põtifex perſequitur tanq̃ ꝓphanũ,q̃d noſtri ſtatuunt,quaſi ſit ius diuinum.

Audi,vide. Gregorius, rho,põ, perſequitur tanq̃ ꝓphanũ, q̃d hodie,iure diuino ſtatuere conantur.

Et epl'a xxxviij.ad ipſummet Ioannem Ep̃m prædicta iterans, & copioſius explicans d. Certe Paulus apl'us cum audiret quoſdam dicere,Ego ſum Pauli,ego Apollo,ego vero Cephe,hanc dilacerationem corporis dominici,per quã membra eius aliis ſe capitibus q̃dãmõ ſociabant, vehementiſſime perhorreſcens exclamauit & dixit. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt?aut in Pauli noĩe baptiſati eſtis?Si ergo ille mẽbra dñici corporis certis extra Chriſtũ,quaſi capitibus,& ipſis quidẽ apl'is ſubiici particulariter euitauit, Tu, quid Chriſto vniuerſalis ſanctæ eccleſiæ capiti in extremi iudicii es dicturus examine,qui cuncta eius membra tibimet conaris, vniuerſalis appellatione,ſupponere?At,nõne & hoc ſummo impetu faciunt & conantur,o Gregori,tui ſucceſſores?

Ruffine, adhuc nõ reſipiſcis,adhuc iudia cæcutis?

Et infra,certe Petrus apl'us primũ membrũ ſanctæ & vniuer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petrus eſt primū mem brū vl'is ec cleſiæ.

ſalis eccleſiæ eſt, Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quā ſingulariū
ſunt plebiū capita, & tn̄ ſub vno capite oēs ſunt membra eccleſiæ.
Sed hæc ſatis. Audiamus iam ipſum caput oīm, Quid ſuper huiꝰ
Monarchiæ ſtatu diffinierit. Nam hic pſcius futurorū, quæſtionē hāc
primꝰ oīm, & dedita opera diſſoluit, & tot adhuc ſeculis ſuper ea cer
tatur, quaſi verba Chriſti fumus ſint, & inanis fabula.

Chriſti ver bis idē ꝓbat, Sed Ruffino nec chriſtꝰ ſa tiſfacit.

Reges gētiū ſuis dominēt Pōtifices nō ſic, ſed Chri ſti exemplo ſuis inſerui ant, licet Ruf finorū fex ali ud cōtra deū inſtillet.

Dicitur itaq; Lucæ.xxij. Facta eſt aūt cōtentio, quis eorū vi
deretur eſſe maior, dixit aūt eis. Reges gentiū dn̄antur eorū, & qui
ptātem hn̄t ſuper eos, benefici vocātur. vos aūt nō ſic. Sed qui maior
eſt veſtrū, fiat ſicut minor. Et qui pceſſor eſt, ſicut miniſtrator (Et ex
emplū ſuū ſubiūgit) Nā quis maior eſt, qui recūbit, an qui miſtrat?
Nōne qui recūbit? Ego aūt in medio veſtrū ſum, ſicut qui miniſtrat.
Vides, q̄d Chriſtꝰ aperte ꝓnūciat eſſe reges gentiū, nō pōtifices, qui
volūt eſſe maiores. Et ptātem illam mundanā (id eſt ſine verbo &
dilectione) ꝓrſus dānat. Verū, ego credo, qn̄quidē eccleſiā neceſſe
fuit ſemper a gentibus opprimi, vt Ezech.iiij.d. In medio gentiū po
ſui eam. Et ps.cix. Dn̄are in medio inimicorū tuorū. Ideo qn̄ deſunt
gētes aliæ, vt ſcriptura impleatur, in eccleſia Reges gētiles fieri opor
tuiſſe, & ptāte dn̄ante ſuper eccleſiā tyrāniſare, diligēdi & docēdi of
ficio, ad alios trāſlato. Itē Marci.x. Vbi filii Zebedei ad ptātē aſpi
rarūt, vt vnꝰ ad dexterā & aliꝰ ad ſiniſtrā ſederet, acceperūt ſane mi
ſum dignū, ſcilicet, vt calicē biberēt, nec tn̄ certi vbi ſeſſuri eſſent. Hāc
ambitiōis infirmitatē, q̄d mirū eſt in pōtificibus qq; Rho, fuiſſe quā
tūlibet ſanctis, etiā martyribꝰ, qn̄ in apl'is eam Chriſtus pertulit? De

Excuſat am bitionis infir mitatē in pō tifi, exemplo apl'orum, nō tamē ꝓbat.

niq;, cum illi duo apl'i hac arrogantia cæteris indignationē cōmouiſ
ſent, et iterū oriretur cōtentio de maioritate, Ieſus conuocans eos,
dixit eis. Scitis, quia ii, qui videntur gētibꝰ principari, dominātur eis,
& principes eorū hn̄t ptātem eorū. Nō aūt ita eſt in vobis, ſed qcūq;
voluerit fieri maior, erit veſter miniſter. Et quicunq; voluerit in vo
bis primus eſſe, erit oīm ſeruus (iterū exemplū ſui addit) Nā & filiꝰ

Diſperēam Ruffine, niſi tibi hic oculi doleant, au res tinniant, & cor ex in uidiæ cōſcien tia tremiſcat.

hoīs nō venit, vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & animā ſuā da
ret redēptionē pro multis. Quis aūt nō videat, q̄d hoc miniſterium
nec pōtifices, nec eorū adulatores q̄runt, ſed ptātem ſolā? Quia Chri
ſtum miniſtratorē arduum eſt imitari.

Itē eiuſdē.ix. Et venerūt Capernaū, qui cum domi eſſent inter
rogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebāt. Siquidē in via
inter ſe diſputauerāt, quis eorū maior eſſet. Et reſidēs vocauit duode
cim, & ait illis. Si quis vult primus eſſe, erit oīm nouiſſimus, & oīm

Volens eſſe primus, erit oīm nouiſſi mus.

miniſter. Et accipiens puerū, ſtatuit eum in medio eorū, quē cum cō
plexꝰ eſſet, ait illis, Quiſquis vnū receperit in noīe meo, me recipit.
Eadē Lucas.ix. Intrauit aūt cogitatio in eos, quis eorū maior eſſet.
At Ieſus, videns cogitationes cordis illorū, apprehendit puerū, & ſta

Qui mi nor eſt inter vos oēs, hic maior eſt.

uit illum ſecus ſe, & ait illis Quicunq; ſuſceperit puerū iſtum in no
mine meo, me recipit. Et quicunque me receperit, recipit eum, qui
me miſit. Nā qui minor eſt inter vos oēs, hic maior eſt. Itē Matth,
xviij. In illa hora acceſſerūt ad Ieſum diſcipuli dicentes, Quis putas

maior eſt in regno cœlorũ? Et aduocãs Ieſus paruulũ, ſtatuit eum in medio eorũ, & dixit. Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum.

NVNC vide, quãtis verbis, q̃t exẽplis, quãta diligẽtia Chriſt⁹ p̃uenerit & ꝓhibuerit ambitionẽ illã, quã tãto tumore iactãt decreta & decretales. ac ita repetũt & inculcãt, ac ſi hoc ſit paſcere pp̃lm Chriſti, q̃d eſt ptãtẽ iactare & ambire. Nõ ergo ptãs, ſed ſeruitus imponitur Epiſcopis. Quis aũt non libens patietur eos ſeruire, ſi vellent.

Nõ dñatio, ſed miniſtratio imponitur Epĩs, etiã ſi Ruffin⁹ cũ decretis & de decretalib⁹ q̃buſdã, frigore horrẽtib⁹ ptãtẽ iactet' ac inculcet.

VNDE meo iudicio, ſicut apl'i vſq; ad finẽ vitæ Chriſti, cõtẽderũt, nec tot exẽplis & verbis Chriſti, ab hũana iſta affectõe tẽperarunt, & tñ nullũ permiſit obtinere primatũ, donec oẽs diſperſi eũ relinq̃rẽt, Ita in eccl'ia tot iam ſeculis cõtẽditur de primatu ꝓhibito, nec auditur Chriſt⁹ interim tot vocib⁹ reſiſtẽs, nec vlli obtinere permittẽs, donec forte & ipſi, aduenĩete Antichr̃o, diſpergãt, & Chriſtũ negẽt.

Nã apl'i primũ, hæc pulchre ſeruabãt, q̃n Iacobũ minorẽ ep̃m Hieroſolymis cõſtituerũt: & Petr⁹, Iacob⁹ ac Ioãnes a ſe, ſuos primat⁹ reiecerũt. Poſt illos aũt mox tam Chriſti quã apl'orũ exẽplo neglecto, ſine fine cõtendũt, nõ ꝓ verbo, q̃ plus doceãt, ſed q̃ lati⁹ mãdare, ligare, ſoluere, & lucrari queãt. ſic em̃ & nos infirmitates põtificũ, non ſine multis ſcandalis ferre cogimur ꝓpter Chriſtũ. Si em̃ iuris diuini erat primatus Petri, impiiſſime fecit vna cum Ioãne & Iacobo, q̃d minorẽ Iacobũ ſibi Ep̃m p̃tulerũt in eccleſia Hieroſolymitana, cuius oẽs erant mẽbra. vnde & Paulus Gal. ij. Iacobũ p̃fert Petro, in cẽſendis colũnis eccleſiæ.

Apl'i Iacobũ minorẽ ep̃m Hieroſol'. cõſtituerunt.

NVNC ex hiſtoriis & rationibus.

PRIMA, eſt ipſa Actuũ apl'orũ, vbi Petr⁹ æqualis ſcribit cæteris apl'is, deniq; ſui ſermõis. c. xv. cõfimationẽ a Iacobo accepit. Deinde, nullũ apl'orũ ipſe ordinauit, nec vllus ſub ipſo fuit, Quõ ergo ſucceſſor Petri, oĩm apl'orũ ſucceſſores ſub ſe habere põt? Quid q̃ſo ad hæc dici ab vllo põt? Itẽ Matthiã nec ipſe, nec oẽs ſiml' auſi ſunt in apl'm ordĩare, ſed ex deo poſtularũt tm̃, q̃d eſt euidẽtiſſimũ argumẽtũ, nullũ apl'orũ alteri fuiſſe p̃latũ, ſed a ſolo deo, quẽlibet cæteris æqualiter

Probat idem hiſtoriis & rõnib⁹. pría. Heus tu Ruffine, vt hęc te habent?

SECVNDA, Gala. ij. Antiochiæ Petr⁹ a (vocatũ & inſtitutũ. Paulo rep̃hendebãt. in q̃ patet, rho. põtificẽ ſubeſſe cuilibet meli⁹ ſentienti. Nec ideo verũ eſſe, aut bonũ, quia ipſe ſic dicit aut facit, ſed rõnẽ reddere tenet, imo nõ ſẽper põt reddere, ſed cũ Petro aliq̃n errat.

Secunda

TERTIA, eccl'iaſtica hiſt, li. v. Victor prim⁹ rho, põ, Aliæ Ep̃os voluit excõicare: redargut⁹ aũt eſt nõ a Paulo, ſed ab Hyrenęo Lugduneñ, & coercit⁹ etiã a cæteris oĩb⁹, monit⁹ & iuſſus pacẽ habere, & eccleſiã nõ cõturbare, q̃b⁹ ſicut decuit, ceſſit. Itẽ ibidẽ. Anicet⁹ q̃q; ceſſit Polycarpo Smyrneo ep̃o, nec eũ cogere potuit, in ſua decreta. Itẽ hiſt, tripar. li. iiij. Iuli⁹ prim⁹ conat⁹ ꝓhibere, ne citra ſuã autoritatẽ cõcilium cogerẽt oriẽtales ep̃i, inaniter egit. quia nihil illi hoc curarunt, & acutiſſime ei reſcripſerunt.

Tertia.

QVARTA, Rhomanũ pontificẽ eſſe oĩbus ſuperiorẽ humano decreto ſancitũ eſt, nẽpe Cõſtantini quarti Græcorũ imperatoris, vt ſcribit Platina in Benedicto. ij. nec ſic tñ obſeruatũ Ep̃is aliis.

Quarta

QVINTA, Nũq̃d Cyprianũ & Aug, alioſq; Africæ ep̃os cõfir

Quinta

mauit papa, qui tñ de latina eccleſia erant? Nunquid eorũ concilia impediuit? aut cõcilïabula fuerũt, quia ſine rho, põ, autoritate geſta ſunt, vt in eorum libris clare habetur?

Sexta

Sexta, quando Alexandrinũ, Antiochenũ, Hieroſolymitanũ, & alios Aegypti, Arabiæ, Syriæ, Aſiæ, totiuſq; orientis Ep̃os inſtituit? Hi omnes ergo hæretici fuerunt? abſit.

Septima
Si põtificat⁹ eſt in veſtiũ & palatiorũ magnificentia, nec ap̃li fuerũt ep̃i & pon.

Septima, nec hodie ſub rho, pontifice ſunt, qui in Perſide, India, Schitia, totaq; oriente ſunt. An putas nullos ibi eſſe chriſtianos? & regnũ Chriſti in Rhomã coactũ, cuius ſunt omnes fines terræ. p̃s. ij. & .xxi? An non ſunt Ep̃i, quia nõ induunt veſtes, nõ habẽt palatia, equos, aliaſq; põpas rhomanas? Sufficit q̃d verbũ dei docẽt, q̃d diligunt ac paſcunt. quia ſic, nec ap̃l'os cõfiteberis Ep̃os fuiſſe, ſi faciem rerum, nõ res ipſas contemplari cœperis. Immo, eo meliores Ep̃i, quo a laruis facierũ remotiores, & eo minus Ep̃i, quo propiores.

Octaua.
Achaci⁹ Ep̃s Cæſarieñ epiſcopatu mouit Liberiũ. & alios alii.

Octaua, ſcribit Hiero, de illuſt, viris, q̃d Achacius Ep̃us Cæſarieñ. diſcipulus Euſebii Pamphili, Imperante Conſtantio, Liberium popam depoſuerit, & Fœlicem conſtituerit. Item Iohannẽ Chryſoſtomũ, nõ rho, pontifex, ſed Theophilus Alexandrinus & Epiphanius Cypri Ep̃i, vt in tripart, depoſuerunt. Idem Epiphanius Cypri minor Epiſcopus Iohanne Hieroſolymitano Ep̃o, eundem excõicauit, & penituit cõicaſſe cũ illo, vt d. Hierony, ſcribit contra eundem. Et ſi hiſtorias conſyderes, quomõ nunc imperatores papam, nũc cõtra, papam imperatores, Item papa Ep̃os, & ep̃i papã mutarint, ſtatuerint, depoſuerint, credas te Iliada quandã videre. nec mirum, quia Chriſtum non audierunt ambitiones ꝓhibentem, ideo toties colliduntur & turbantur.

Nona
Si Ep̃i ſunt ap̃l'orum ſucceſſores, cur vnus rho, p. ſucceſſor eſt vnius apoſtoli Petri, cæteri omnes obnoxii rho, põtifici, & non aliorũ ap̃l'orum q̃q; alii ſunt ſucceſſores?

Nona, Quid ad hoc dicemus? vera ne eſt illa ſententia, quã tota eccleſia, oĩa etiã decreta, oẽs doctores tenent, eſſe videlicet ep̃os ap̃l'orũ ſucceſſores, vt diſ. xxi. in nouo. Si eſt falſa, quid iactatur tanta autoritate? Si vera, Quõ ſolus rho, pontifex eſt ſucceſſor vnius apoſtoli petri, & cæteri oẽs rho, põtificis ſunt ſubditi? Cur nõ & alii ap̃l'i habent ſucceſſores? num fuerunt cæteri ap̃l'i ſucceſſores vnius petri? cur cæteris ap̃l'is aufertur ſua gloria, & tribuitur ſoli petro? Cur nõ quilibet Ep̃i habent, q̃d ap̃l'i eorũ habuerũt, cum Rho, habeat, q̃d petrus ſuus p̃deceſſor habuit? Muta ergo verbũ, & dic, q̃d Ep̃i ſunt ap̃l'orũ ſucceſſores, ſed vnus ep̃us Rho, eſt vnius ap̃l'i ſucceſſor. Iſta ratio fateor, niſi ego ſum inſenſatior trunco, cogit &, oĩm obſtruit os, Eſſe Ep̃os oẽs æquales. & ſicut rho, põtifex a nemine ordinatur, Ita quilibet per ſolam electionem, ſicut ipſe ordinari debet, iure diuino. Stat eñ firma ſententia, Nullũ ap̃l'orũ a petro miſſum eſſe, ſed oẽs eadẽ a Chriſto dño, æqualia accepiſſe in ſuas ſortes. ergo eorũ ep̃i ſucceſſores, æqualia habẽt cum rho, põtifice, excepta p̃rogatiua honoris ſeu dignitatis, ſicut Paulus ad Corinthios clare ſcribit. Quid eñ minus feci a magnis Apoſtolis?

Decima

Decima, Reſponde. Si rho, pontifex præcepto dei eſt vicarius generalis in tota eccleſia, ſequitur ineuitabiliter peccare eos, immo eſſe

hæreticos,qui nō ſub eo fuerint. At tunc eccleſia tota primitiua,ſaltem vſq; ad.cccc.annos cum tot martyrib9 & ſanctis,hæretici erit. Obſecro,quid ꝓdeſt tantā blaſphemiā in eccleſia ꝓ fumidæ ptātis pompa ſtatuere?deniq; etiā ſanctus Petrus erit hæreticus , qui ante rho,eccleſiam cū apl'is fuit Hieroſolymis. Vincit me hæc rō inuicta.

Si rho,pō. eſt oīm primus iure diuīo, tota primitiua eccl'ia cū tot ſanctis martyr,fuit hæretica, q̄d ipiū eſt cogitare.

Vndecima,Si vlla eccleſia eſt prima,& mater oīm,nō eſt alia, niſi Hieroſolymitana,vt dixi ſupra. Quid em̄ faceret Rhoma,ſi haberet hæc ꝓ ſe,quæ habet illa?Nempe,q̄d Iſa,& Miche,& oēs ꝓphetæ ꝓnunciarint,de Zion exiturā legem euāgelii,& de Hieruſalē verbum dn̄i. Item q̄d dn̄s ibi dedit gloriā in domo ſua nouiſſima , vt Haggeus dicit. Q d' Chriſtus ibi pōtifex,apl'i aūt velut præſbyteri, q̄d Chriſtus ibi oblatus,ſpiritūſanctū miſit. Et breuiter,hinc in omnē terrā exiuit verbū dei,hinc oēs eccleſiæ. Nec eſt vllius tam impudēs frons,qui poſſit negare hanc eſſe vere matrē eccleſiarū oīm, fontē, radicem,ac matricem,etiā rho,eccleſiæ. Vnde li.ix.tripart.c.xiiij. Epi concilio Conſtantinop.cōgregati,ſignificant Damaſo ep̄o rhomano inter cætera quæ ordinarant in hunc modū,In matre cunctarū eccleſiarū Hieroſolymis conſtituta,reuerendiſſimū & deo amabilem Cyrillum Ep̄m eſſe ſignificamus,qui regulariter olim a ꝓuintialib9 ordinatus &c. Hic claret matrē oīm eccleſiarū tunc habitā Hieroſolymitanā,& conciliū fuiſſe citra pō.rho.autoritatē habitū,q̄d eſſet hæreticū,ſi iure diuino niteretur rho, epi ptās. Si ergo hæc non habet primatū,immo vix quintū ei dederunt , quanto minus Rhomana habet,quæ eſt eius diſcipula?Dicat aduerſus hæc aliquid qui poteſt.

Reuera mr̄ oīm eccl'iarū eſt eccl'ia Hieroſolymitana, non rhomana.

Ruffine,an hæc videnti nō dolēt oculi?

Duodecima,cōciliū Nicenū,vt ſcribit li.x.c.vi.hiſt.eccle.ſtatuit arti.vi.in hunc modū. Et apud Alexandriam,vel in vrbe Rhoma, vetuſta cōſuetudo ſeruetur,vt vel ille Aegypti, vel hic ſuburbanarum eccleſiarū ſolicitudinē gerat. Reſponde, hoc conciliū oīm fere ſacerrimū eſt. Et ecce,nō mō nō primatū & monarchiā Rhomano dat pontifici,ſed ex vetuſta cōſuetudine,nō iure diuino , tribuit ſolicitudinē Italicarū & ſuburbanarū eccleſiarū. Atq; hæc in ꝓpoſitione mea tetigi,qn̄ dixi,q̄d cōtra frigidiſſima decreta,ſtaret decretū hui9 cōcilii.

Duodecima. Nicenū cōciliū oīm ſacratiſſimum tribuit rho,pō, ſuburbanarū eccl'iarū ſolicitudinem.

Si ergo ſum hæreticus, Age,tollant primū hoc conciliū,cui me ipſa q̄q; decreta,tanq̄ euangelio cogunt obedire. Nō poſſum duob9 dominis ſeruire contrariis.

Decimatertia,idē Nicenū conciliū,ſtatuit nō a rho,ep̄o,oēs ep̄os ordinari,ſed a ꝓuintialibus ep̄is dicens. Et vt ,ſi forte in ordinando ep̄o,duo vel tres,ꝓ aliqua cōtentione diſſentiāt,reliquorū autoritas, & p̄cipue Metropolitani cū cæteris firmior habeatur. Obſecro,quid ampli9 facere debeo?Nō ſatis eſt,q̄d rho,pōtifici oīa quæ ſibi arrogat,libens cedo:debeo inſuper probare,quod hæc decreta ſunt contempta & irritata humano vnius Ep̄i arbitrio?

Deciatertia. Nicenū cōcilium ſtatuit ep̄os ordinādos a ꝓuintialib9 Ep̄is.

Decimaquarta,idem Nicenum conciliū, Ep̄o Hieroſolymitano,nō rhomano tribuit honoris primatū,dicens ibidem. Et vt Ep̄o Hieroſolymorū antiquitus tradita honoris p̄rogatiua ſeruetur, manente nihilominus,& Metropolitani ipſius ꝓuintiæ dignitate. Do-

Deciaquarta Honoris p̄rogatiua antiqtus tradita ē Ep̄o Hiero, nō rhomano

ce me lector,quid faciendũ ſit.quando non ſatis eſt,me hodierno tẽpore confiteri,rho,pontificem eſſe primũ,niſi mentiar q̃q; & negem alium antiquitus fuiſſe primũ, & tanti concilii autoritati reſiſtã. Deniq;,in concilio Niceno primo loco ſediſſe ſcribitur Euſtachius, Antiochenæ eccleſiæ Ep̃us,non Rho,nec legatus Rho,Ep̃i li.ij. tripart. c.v.q̃d eſſet intolerabile hodierno iuri Rho,Ep̃i,nec tñ ideo hæreticus fuit,aut Nicenũ conciliũ contra ius diuinum egit.

An nõdum etiã Ruffine, tuũ liuorẽ agnoſcis?

Deciaquinta

DECIMAQVINTA,ſi Rho,eccleſia eſt prima,propter primũ apoſtolum Petrum,eadem neceſſitate confitebimur,& Compoſtellanam eccleſiam eſſe ſecundã,propter apoſtolũ ſanctũ Iacobum, & Epheſinam tertiam,propter apoſtolũ tertiũ Ioannem,& ſic per ordinem ap̃lorũ. At iſte ordo nunquid ſeruatur?quo iure ergo ſolus Petrus primã facit eccleſiam,niſi humano?Cur ergo Cõſtantinopolitana,quæ nullum habet Apoſtolum,præfertur ſecundo loco Compoſtellanæ?Cur Alexandrina quæ & ipſa nullum habet apoſtolum, præfertur Epheſinæ?Cur Antiochena ſine apoſtolo præfertur Ediſſenæ,quæ apoſtolum Thomam habet? Cur Hieroſolymitana, his omnibus quinto loco poſtponitur,quæ Chriſtum,Petrum, Iacobũ, Ioannem,Item Iacobum columnas (vt Paulus Gala.ij. ſcribit) habuit,& vniuerſos diſcipulos?vides quã ſit nulla ratio?quã Chriſtus ſtudioſe huius primatus ambitionem præuenerit, & cauſſas eiuſdẽ penitus confuderit.

Quo iure Petrus facit primã eccleſiã, niſi iure humano?

Deciaſexta.

Quinetiam, cur alii Ap̃li curã paſcẽdarum ouiũ ſoli Petro nõ permiſerunt,ſed iuſſu chr̃i iuerunt in orbẽ vniuerſũ?

DECIMASEXTA,ſi ad ſolos Petri ſucceſſores pertinet verbũ Chriſti,Tu es Petrus,& paſce oues,pari ſequela concludetur, Solius Ioannis ſucceſſores eſſe filios Mariæ in cruce cõmendatos,ſolos plus cæteris dilectos,quia hunc ſolum in cruce allocutus matri cõmendauit,ergo ab Epheſinis Ep̃is accipiunt cæteri, vt ſint filii eccleſiæ & Mariæ. Item ſoli ſucceſſores Iacobi & Ioannis eſſent filii Tonitrui,& ſoli ſucceſſores Iacobi minoris,eſſent fratres dñi.Et oĩno, omnium,ad quos Chriſtus ſemel locutus eſt,ſucceſſores,haberent eadẽ iure diuino.Quo,quid vanius dici poteſt?

Deciaſeptĩa.

DECIMASEPTIMA,Si papa eſſet iure diuino ſuper omnes fideles eccleſiæ,nullus poſſet eum abſoluere, nec confitentem audire. Quia quicquid iuris diuini eſt,immutabile eſt.nec vlla ratione poteſt ſe alteri ſubmittere,& poteſtatem ſuper ſe pati, ſine iuris diuini iniuria.Non em̃ poteſt inferior ſuperior fieri vllo pacto, niſi hoim arbitrio.ius diuinum ſtat fixum in eo quod eſt.

Si papa eſt ſuper oẽs iure diuino, nemo põt eum cõfeſſum abſoluere.

IN FINE dico, Me neſcire, an Chriſtiana fides pati poſſit, in terris aliud caput eccleſiæ vniuerſalis ſtatui, præter Chriſtum. ſunt,qui Chriſtum in eccleſiam triumphantem reiiciunt,vt Rho,põti,militantis eccleſiæ caput conſtituant,contra expreſſum euangeliũ Matthei vltimo.Ecce ego vobiſcum ſum,vſq; ad conſumationẽ ſeculi.Et illud Act.ix.Saule Saule,quid me perſequeris?Ideo em̃ regnum fidei eccleſia vocatur, quod rex noſter non videtur,ſed creditur,ſicut.i.Cor.xv.dicit.Oportet illum regnare,donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum,Et tunc tradet regnum deo & pa

Quidam Chriſtum in triũphantem eccleſiã reiiciũt,vt militãti aliud caput conſtituant cõtra euãgelium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tri. At hi,regnum rerum præſentium faciunt,dum viſibile caput eri-
gunt.Nam & mortuo pontifice,Eccleſia non eſt ſine capite, cur ergo
viuo pontifice,Chriſtus non pro capite ſolus habetur? An vi-
uo pontifici cedit & mortuo ſuccedit,velut quidam
alternus pontifex?Si autem & viuo pon-
tifice Caput eſt,vt quid duo ca-
pita in eccleſia ſta-
tuimus?

CONCLVDO.

Omnis ſacerdos in articulo mortis & neceſ-
ſitatis eſt Epiſcopus,eſt Papa, habens pleniſſimã
plenitudinem poteſtatis ſuper confitentem, vt te-
net ſententia communis totius eccleſiæ,& ex b.Cy-
priani epiſtolis euidenter conuincitur. Ergo
nec Papa eſt Epiſcopis,nec Epiſcopus
eſt ſuperior preſbyteris, iure diui-
no.tenet conſequentia,quia
ius diuinum eſt im-
mutabile,tam in
vita quã in
morte.

Totius operis ſumma

FINIS

Si quid requiris amplius,alibi inuenies.

Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

Lipſiæ,apud Melchiorem Lottherum. Anno
a natali Chriſtiano M.D.XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN